

XIX. Contra. Adhuc, si nulla esset creatura possibilis, esset omnipotentia, quae modo est, & Verbum procederet, sicut modo. Quis enim diceret, facta impossibili vili creatura, omnipotentiam, & Verbum non fore ejusdem perfectionis, sicut modo sunt?

Nego tamen antecedens, & ejus probationem. Neque hinc ullam sequeretur absurdum. Nam si vili creatura fieret impossibilis, hoc esset, quia in omnipotentia defecisset intrinseca virtus contentiva, & productiva illius, & Verbo vis intrinseca repraesentativa illius: omnipotentia autem, & Verbum, cui aliquid intrinsece defecisset, non esset omnipotentia, & Verbum, quae modo sunt.

XX. Neque infes. Ex hoc sequi, omnipotentiam dependere a possibilibus, cum non possit esse sine illis.

Nego enim sequelam. Nam unum relativum quatenus tale nequit esse absque suo correlativo: & tamen quatenus tale non dependet ab illo, cum sit simul natura cum illo. Sequitur ergo solum omnipotentiam esse conexam cum possibilitate creaturarum, sicut prius cum posteriori, & casum eam possibilitate sui effectus: quod ex parte omnipotentiae nullam dependentiam dicit, sed solum ex parte creaturæ, quæ necessarii ab omnipotentia dependere debet. Sed de hoc jam locuti sumus in *Tract. de scientia Dei loco citato.*

XXI. Dicitur tertio. Verbum divinum per se solum procedit ex cognitione illius, quo formaliter constituitur Filius: sed non constituitur Filius per possibilita, sed per essentiam divinam; ergo &c.

Si dicitur, Verbum divinum per se solum quidem procedere ex cognitione essentiae, quae formaliter Filius est, sed comprehensiva. Ex quo autem cognitio, quae Verbum procedit, sit comprehensiva essentiae divinae sequitur, quod debet esse cognitio omnium, quæ in illa, & ex vi illius cognoscibilia sunt, & proinde etiam possibilium.

XXII. Inhabis. Spiritus Sanctus, etsi procedat ex amore comprehensivo divinae essentiae, adhuc non procedit ex amore possibilium; ergo etsi Verbum procedat ex cognitione comprehensiva divinae essentiae, adhuc non procedit ex cognitione possibilium.

Respondetur, circa possibilium duplicem esse sententiam, ut vidimus *tract. de divina voluntate*. Unam, quæ statuit creaturas possibile esse amabiles, quam supra amplèxi sumus; & in hac sententia negandum est antecedens. Alteram negantem, eas esse a Deo amabiles, & juxta hanc conc. ant. neganda est consequentia: Cum enim createz possibile non sint amabiles, non mirum, si ex amore eorum, Spiritus sanctus non procedat. At cum createz possibile sint cognoscibiles, debet Verbum, ex quo procedat per cognitionem comprehensivam, ex cognitione etiam illarum procedere.

S. IV.

Affertio tertia de Creaturis futuris.

XXIII. Deo tertio. Verbum divinum per se non procedit ex cognitione futurorum. Probatur. Ex illius cognitione per se procedit Verbum, quod si auferretur; Verbum non esset ejusdem perfectionis, quæ modo est: at si in Deo non fuisset cognitio futurorum quæ modo est, adhuc Verbum ejusdem foret perfectionis, quæ modo est; ergo &c. Major patet. Illud enim dicitur principium per se in quarto modo, quod ita exigitur, ut, si non esset tale principium, nec etiam esset id, cuius principium est. Min. vero constat ex D. Anselmo in monol. cap. 30. nunc 32. dicente: *siue ignitur Deus cogitetur, nulla alia existente creatura, sive alio existenti, necessarium est, Verbum illius coæternum illi esse cum ipso.*

XXIV. Secundo probatur. Cognitio, ex qua Verbum per se, & necessario procedit, est absolute, & simpliciter necessaria, cuius objectum, vel Deus sit, vel aliquid absolute conexum cum Deo: sed cognitio futurorum est absolute libera, & futura non sunt per se conexa cum Deo; potuit enim absolute Deus esse, etsi Anti-Christus non esset futurus, & in tantum hic est futurus, quia Deus libere voluit, eum futurum esse; ergo &c.

Tertio probatur. Id quod est prius, per se non procedit ab eo, quod est posterius: sed processio Verbi prior est omni decreto libero circa futura, & consequenter omni cognitione futurorum; ergo &c. Min. patet: quia id, a quo non valet consequentia ad aliud, est prius illo subsistendi consequentia; sed non valet: est processio Verbi: ergo est cognitio futurorum; ergo prior est &c.

XXV. Licet autem Verbum absolute non procedat ex cognitione futurorum; ex suppositione tamen quod futura, quæ modo sunt, fuerint ab æterno voluta a Deo, & cognita, debet ea Verbum de factis repræsentare. Quia tamen hæc suppositio est omnino contingens, & supponens Verbum jam productum; ideo per se loquendo, nec Verbum procedit ex cognitione illorum, quia processio Verbi, quæ ex omni parte est necessaria, non potest per se procedere ab eo, quod est absolute contingens, immo & posterius ipso: Nec Verbum debet per se absolute manifestare ea, sine quibus absolute sua manifestatio integra permaneret.

XXVI. Ex dictis colligitur, omnia, quæ in hæc parte de processione Verbi dicta sunt, applicari posse processioni Spiritus Sancti. Sicut enim Verbum procedere diximus ex cognitione omnium, quæ formaliter in Deo sunt, quia procedit ex cognitione comprehensiva: ita Spiritus Sanctus, cum procedat ex amore comprehensivo, procedit ex amore omnium, quæ formaliter in Deo sunt. An vero, sicut Verbum proce-

dicit ex cognitione possibilium; ita Spiritus sanctus procedat ex amore illorum: resolutio, ut supra diximus, pendet ex questione, an possibile sint amabilia. Si enim ponatur amabilia, ut nos ponimus, Spiritus sanctus ex amore eorum procedet; si vero non ponatur, non procedet. Ex amore autem futurorum Spiritus sanctus per se non procedit, sicut nec Verbum (ut diximus), ex cognitione illorum per se procedit.

QUESTIO VI.

De Persona Spiritus sancti.

Tertio Persona Sanctissimæ Trinitatis vocatur Spiritus sanctus spiratur. Dicitur Amor, quia per amorem procedit. Dicitur etiam Donum. Tum quia donum est proprium amoris, nam amando aliquem volumus ei bonum. Tum quia amor est principium omnium donorum: dona enim aliquibus conferimus, quia eos diligimus. Licet autem hæc nomina Spiritus, Amor, Donum grammaticaliter non sint nomina relativa, ut sunt ista *Pater, Filius*; secundum tamen sententiam Ecclesie pro relativo accipiuntur, in quantum accommodantur ad significandam Personam ab aliis spiratam, amorem, seu impulsum procedentem, & donum, seu quædam quatenus dicit relationem ad dantem. De hoc agit S. Th. 1. 1. q. 36. art. 1. q. 37. art. 1. q. 38. art. 1. ad quem Studiosius remittit. De Spiritus sancti processione, ejusque principio agemus.

DUBIUM I.

An Spiritus sanctus procedat a Patre, & Filio.

S. I.

Error Græcorum.

I. Spiritum sanctum procedere a solo Patre celebris ac palmaris error fuit Græcorum, & quasi caracter, quo a Latinis discernuntur.

Non conveniunt Historici, & Eruditi in assignando ejus primo auctore. Macedonio quidam illum assignunt, moti quadam Epistola Justiniani Scitellæ Episcopi ad Petrum Episcopum Antiochenum, quæ legitur in Quinta Synodo Generali, ubi hæc sunt verba: *Macedonius spiritus a Patre solo spiritum sanctum: sed (ait Frassen p. 1. de Spiritu Sancto) Quidam viti doctissimi pro Verbo præ legendum putant separatim: idque valde congruit errori Macedonii, qui cum Spiritus sancti divinitatem negaret, negabat partem ejus cum Patre consubstantialitatem; adeoque illum a Patre divellebat, & separabat. Cui & ego assentior. Nam præterquam quod, evolventi mihi acta Quintæ Synodi, præfatam Justiniani Epistolam reperire non contigit; nullus, qui de Macedonio, ejusque erroribus scriperit, unquam memoravit, eum sensit, Spiritum sanctum a solo Patre procedere.*

II. Alii propterea hujus erroris principium Autorem faciunt Nestorium, alterum Episcopum Constantinopolitanum, quem palmaris error de duabus in Christo Personis ejus Auctori existit, notissimum facti. Ita inter ceteros Cabasutius in sua *Naxidæ Conciliario*. Ad hoc ascendunt movendum, quia Theodoretus Nestorianus factiosus homo, factus Cyri Episcopus circa annum 530. in consuetudine duodecim Capitulorum, quæ Cyrillus Alexandrinus ediderat adversus Nestorium, impugnans nonnum Capitulum, seu anathematismum, ubi Cyrillus dixerat: *Spiritum sanctum proprium esse Filii: reponit Theodoretus: Proprium Spiritum Filii, spiritum quem ipsi soli natura a Patre procedentem dicitur, simul & nos confitemur. Si vero nunquam ex Filio, sed per Filium suam habere existentiam, & essentiam dicit, id est blasphemiam, & impium dicimus.* Ita Theodoretus. Ex quibus sic discurrunt. Theodoretus Nestorianus erat cum hæc scripsisset doceret, Spiritum sanctum a solo Patre procedere, & Cyrillum velut oppositum sententiam dantem; ergo hoc ideo, quia Nestorius ejus Magister ita tum doceret, Sed malum est hanc illationem nemo non videt. Nam Theodoretus, etsi tunc Nestorianus in palmari ejus errore de duabus in Christo personis, potuit de suo errori errorem addere, negando processionem Spiritus sancti a Filio, quævis Nestorius ejus Magister id non negaret. Cum omnes historici fidem facere videntur, qui recentenses Nestorii errores, de processione Spiritus sancti a solo Patre, nec verbum faciunt.

III. Probabilior ergo, & verior opinio est, primum, qui hunc errorem de processione Spiritus sancti a solo Patre, & non a Filio concepit, & peperit, fuisse Theodoretum ipsum, in Concilio Ephesino cum Nestorio damnatum. Qui tamen paulo post resipiscens, ut ex litteris ejus ad Anatolium Patricium, ad Nomentum Consularem, ad Eusebium Anazarium, & alios ejus prioris sententia summo omnium platu in Concilio Chalcedonensi Catholice proclamata fuit anno 451. & hæretici de processione Spiritus sancti a solo Patre, supra remanent.

IV. Quo vero tempore fuerit prius excitata non plene constat. Volunt quidam, eam dormisse usque ad annum 675. quo tempore, neciunta quibus, fuit revocata in lucem, iterumque compressa in Concilio Angliano anno 679. sed abique solido fundamento; illud enim Concilium fuit convocatum ad hæretici Monotheismi; illud enim Concilium fuit convocatum ad hæretici Monotheismi, & Eutichetici extirpandos, quibus Anglia tunc infestabatur, & Eutichetici extirpandi, quibus negat sancti Spiritus processionem etiam a Filio: Verum quidem est in confessione fidei asserti *Spiritum sanctum procedentem ex Patre, & Filio*: sed hoc non ideo, quia hæc veritas tunc ab aliquo negatur. Nam etiam in eo editur confessio Trinitatis, & con-

& consubstantialitatis Filii, quæ tunc non impugnabatur. Meis ergo illius Concilii non fuit præter Eutichetici, & Monotheitarum alia hæretice tunc gravitates sentientes: sed solum veritates a quinque Conciliis Universalibus, & aliis orthodoxis Patribus statutas suscipere, & venerari; ut ex titulo præfati Concilii apparet.

V. Alii propterea suscipiunt, errorem hunc evigilasse anno 767. & colligunt ex Concilio Genetivensi sub Pipino Rege eodem anno celebrato; ubi (Adone Viennessi in Chronico) præter questionem de Imaginibus fingendis, pingendive in Ecclesie, agitata fuit quoque altera, utrum Spiritus Sanctus, sicut procedit a Patre, ita etiam procedat a Filio: & hoc ideo, quia sicut Latini exprobrabant Græcis, quod, fauorem Constantino Copronymo, Imagines despicerent: ita Græci improperabant Latinis, quod ad Symbolum vocam *Filio* ei adjectissent. Verum iterum tractari anno 809. sub Carolo Magno in Synodo Aquigranti; ubi (eodem Adone referente) excitata in Synodo a quadam Joanne Monacho controversia de processione Spiritus Sancti a Patre, & Filio, statum est, Legatos mittere Romam ad Leonem III. ad quem Carolus ipse Epistolam, quæ sua fides continebatur, direxit, ut Tom. 4. Concil. Harduin. Col. 970. &c.

VI. Hæc probabiliter dicuntur. Quamvis autem aliqui suscipiunt in præfatis duobus Conciliis agitatam potius fuisse controversiam de additione ad symbolum illius particule *Filioque* (quam Galli addiderant, Romani vero non) quam de processione Spiritus Sancti a Patre & Filio; ut ex collatione Romæ habita inter Legatos Caroli, & Papat videretur appere. Probabilis tamen existimo, in eisdem præfatis Conciliis actum quoque fuisse de veritate processionis Spiritus Sancti etiam a Filio: ejus oppositum jam pridem excitaverat (si Adoni credimus) quidam Joannes Monachus, & Carolus Magnus in sua Epistola ad Leonem III. non de additione particule *Filioque* tantum, sed magis de veritate processionis Spiritus Sancti etiam a Filio dilata agit. Ex Constantinus Copronymus, ex quo ab Ecclesie Latina ob Imaginum contemptum damnatus fuit, nedum de additione particule, sed de ipsa processione Spiritus Sancti a Filio licet existisse credendum est.

VII. Quisnam vero fuerit Joannes Monachus, qui (scribente Adone) Ierosolymis errorem de Spiritu Sancti a solo Patre processionem excitavit, & Carolo Magno occasione decessit Concilium Aquigrante convocando, & Romanam Ecclesiam consulendo; Varii tunc Eruditi in eo stantendo. Pithæus, & Vossius suspiciunt, fuisse Joannem Damascenum Sanctissimum illum, & eruditissimum Monachum, cujus operata pietatis, ac doctrinæ plena sub oculis habemus: ab hac tamen nota eum liberant multi, & vixissime nosser Pater le Quien in suis dissertationibus Damascenis *disser.* 1. n. 16. ubi ostendit, Joannem Damascenum præfatorum tumultuum, qui Ierosolymis excitati fuerunt, auctorem esse non potuisse, hæc præfatis ratione: Quia hæc omnia, quorum occasione celebratum fuit Concilium Aquigranense, contigerunt annis 788. 809. & 810. sub Leone III. polleente Caroli Magni temporibus: Joannes vero anno Christi 787. celebrata est, sedente Adriano Leonis III. Prædecessore. Quæ autem fensit Damascenus de processione Spiritus Sancti, dicemus infra.

VIII. Porro, etsi apud Græcos error iste quovis tempore aliquem habuerit Patronum; solum tamen aperte prodit in publicum anno 863. auctore Photio. Is enim in odium Latinarum, eo quod a Constantinopolitana Sede (quam invaserat) per Nicolaum Papam dejectus fuisset, Ignario legitimo Episcopo restituto, classicum pertinacis furore canere cepit, data Epistola ad Orientis Patriarchas; quæ Latinarum dogma de Spiritu Sancti processione etiam a Filio, & alia disciplina capita acriter perstringebat. Adeoque prævaluit in animis Græcorum fuerent hominis perisulio, ut omnes ad se traxerit, tantaque pertinacia firmaverit; ut ex tunc omnes in neganda Spiritu Sancti processione a Filio conspiraverint: hocque velut publicam tesseram habuerint, quia a Latinis seceiderunt, ac se diro Schismate separarunt.

IX. Post Photii mortem plures concordia tentata, plures Latinos inter & Græcos de hac questione conventum est, plures inita pax, & concordia: sed toties a Græcis violata, adeoque inconclaves fuerunt; ut teste Hosio lib. de Sacerdot. Conjugio, & lib. de Communi, sub utraque specie: *Declar. & quæst. ad Ecclesiam grecam rediens*. Et itæ se abdicaverint. Hoc maxime visum est contempisse (omissis aliis) in Concilio Lugdunensi anno 1274. sub Gregorio X. ubi Græci, jurato errore, in concordiam cum Latinis redire, Michæle Paleologo ipso imperante, ejusque nomine Georgius Arcopolita, & Magnus Logotheta Romanam fidem professus est: & fides de Spiritu Sancti processione a Patre, Filioque Constitutione Synodica his verbis ad perpetuum rei memoriam esserta est: *Fideli non devota Professio fæmorum, quod Spiritus Sanctus æternaliter ex Patre, & Filio, non nunquam ex duobus principiis, sed nunquam ex uno principio, non duobus spirationibus sed una spiratione procedit.* Verum non diu post, ad sua reverti tot turbas in Oriente excitavit, ut Imperator ipse fuz exactionis periculum timens, visus fuit tumultuantibus patrocinio esse: quamvis revera ad obitum usque pro unione eum bñefic, adeo certum fuerit Græcis; ut propugni cadaver tamquam novorum, & fallorum dogmatum impugnatoris, nulla Ecclesiastica sepultura nec Græci, nec Filiius ejus Andronicus Imperii hæres, cohonestare dignati sint. Quare suscepto Imperio, Fidel Romanæ, & Unionis, cui olim cum patre subscri-

Gezi Theol. Tom. I.

psceat, se apertum hostiam professus, Pseudosynodum Schismaticorum Prælatorum, & Monachorum convocavit, pulso Sede Constantinopolitana Joanne Vecco, & Gregorio Cyprio intruso: In qua Synodo Lugdunenfe Concilium confixum est; & Ecclesiarum conjunctio, & fides ibi statuta, improbat; & penitus rescissa est. De quo videri potest Leo Allatius *Lit. v. de perpetua confessione cap. 15.*

X. Annus tandem 1439. visus fuit huic obstinato diffidio optatum finem attulisse; cum Joanne Paleologo Imperante multis disputationibus habitis, tum Ferrarie, tum Florentie (quo translato Concilio, Florentinum nuncupatum fuit) Græci tandem victas manus dederent, & in Latinorum sententiam concesserunt. Die enim 6. Julii anni præfati, post solemne Sacrum ab Eugenio IV. Romano Pontifice celebratum, lecta desinitio est, ipso Imperatore, & Ecclesie utriusque Episcopis, & Abbatibus præsentibus, approbantibus, & subscribentibus; quæ hæc fides veritas ab omnibus Christianis credenda, & suscipienda declaratur: *Quod Spiritus sanctus ex Patre, & Filio æternaliter est, & essentiam suam a summo æternaliter nunquam ab uno principio, & unica spiratione procedit.* Secundo capitulationem verborum illarum Filioque, veritas declaranda syntia, & imminente tunc necessitate, licite, ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam. His utriusque Ecclesie consensu solemniter firmatis, perpetuam fore in posterum cum Græcis pacem sperabatur. Verum in Orientem reduce, instigante maxime Marco Ephesio, qui solus subscribere recusaverat Florentie definitioni, res in pejor ruere coeperunt: donec jurati fœderis oblit ad vomitum turpissime reversi, errores prius resumpserunt, in quibus continuerunt, & in præfatis adhuc perseverarunt.

Oportuit hic aliquantisper immorari, ut noviter Studiosius, quanti hanc questionem fecerit Ecclesie, & quanta diligentia tractanda sit, ut appareat, quam fundate Ecclesie Latina pro ea semper decessaverit, & quam irrationabiliter Græca Ecclesia ei contraxerit, & adhuc contradicat.

S. II.

Spiritus Sancti a Patre, & Filio processio ex Scripturis.

XI. Deo, Spiritus Sanctus a Patre, & Filio procedit. Hæc Catholicam veritatem docuit nos Christus ipse Jo. 15. v. 26. *Cum enim veneris Paracletus, quem remittam vobis a Patre, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.* Etc. 16. v. 7. *si enim non abiero, Paracletus non venit ad vos; si autem abiero mittam eum ad vos.* Quibus verbis Christus Filius Dei promittit, se missurum Spiritum Sanctum: sed Persona divina mitti non potest, nisi ab ea, a qua procedit: Cum missiones divinarum Personarum, non secundum imperium, aut consilium, sed secundum emanationem, & originem accipiende sint, sui superioris ostendimus in præfati Tractatu q. 4. dub. 3. s. 5. Unde Pater, qui a nulla Persona procedit, a nulla mittitur: ergo &c.

Hinc Aug. lib. 4. de Trin. c. 20. *Ab illo inquit mittitur, a quo emanat.* Et post multa subiungit: *sed Pater, cum ex tempore a quoquam cognoscitur, non dicitur missus: non enim habet, de quo sit, aut ex quo procedat.* Et rationem assignat: quia mitti ab aliquo ex divinis Personis est cognosci, quod ab illa procedat.

XXII. Novi, Græcos respondere, Scripturæ verba, quibus asseritur, Spiritum Sanctum a Filio mitti, intelligenda esse, non quidem de ipsi Spiritus Sancti Persona, sed de donis, quæ per quandam appropriationem tribuuntur Spiritui Sancto. Sed hæc responsio violenta est. Primo. Nam Christus dicit, se missurum Spiritum a Patre, & qui a Patre procedit: sed Spiritus qui a Patre venit, & procedit, est Persona, non sola dona; ergo &c. alius Persona Spiritus nec a Patre procederet. Secundo Spiritus, quem promittit Christus, ab eo mittendus est, & venturus; mittam eum ad vos: mittitur ad vos: sed mittitur & venire dicuntur de Persona, nec nisi valde improprie dici potest de effectu: hic enim potius dicitur, & communicari dicitur; ergo &c.

XIII. Tertio. Spiritum, quem se missurum pollicebatur, vocat Spiritum suum, Spiritum veritatis, id est Filii: quem Paulus, Gal. 4. v. 6. *missi* (inquit) *Spiritus Filii sui in corda vestra*: quem Apostolus infusando dedit; Jo. 10. v. 22. *accipite Spiritum Sanctum*: sed his omnibus significari voluit, Personam Spiritus Sancti a se ipso procedere; ergo &c. Min. prob. Si enim dum Filius dicitur Verbum Patris; significatur, Verbum esse a Patre; cur dum Spiritus Sanctus dicitur Spiritus Veritatis, Spiritus Filii, non dicitur a Filio procedere? Rursus: eundem Spiritum infusando dedit, quem postea in ma in die Pentecostes misit: sed Spiritum Sanctum, non tantum datum in die Pentecostes misit; ergo &c. Præterea: Joann. 15. v. 26. ait: *Quem ego mittam vobis a Patre, & qui a Patre procedit: quem mittit Pater, sed Pater mittit, quia a se procedit: ergo &c. Christus dicens, se Spiritum mittere, significat eum se mittere, quia a se procedit.* Tandem, se missurum dicit Spiritum Sanctum, eo modo, quo antea non fuerat datus Joann. 7. v. 39. *Nondum enim erat Spiritus datus; quia Jesus nondum erat glorificatus*: sed quantum ad dona jam fuerat datus, Prophæti, alique viris Sanctis; ergo alio specialiori modo significabat, se post suam Ascensionem Spiritum daturum.

XIV. Omnia hæc sumpta sunt ex S. Augustino lib. 4. de Trin. cap. 20. Sicut (inquit) Spiritus Sanctus datus Dei: esse est a Patre procedere; ita mitti esse cognosci, quia ab illo procedit. Nec possumus dicere, quod Spiritus Sanctus, & a Filio

non procedat: neque enim supra idem Spiritus, & Patris, & Filii Spiritus dicitur. Nec videtur, quid aliud significare voluerit, cum sussistat in faciem discipulorum...

XV. Secundo de Spiritu Sancto ait primo. Non enim loquitur a semetipso, sed quomodo audivit, loquitur... Secundo, ille me clarificavit: quia de me accipit... Quae autem ratione de suo accipit, exponit sicut omnia quaecumque habet Pater, mea sunt...

XVI. Neque est quod dicant Graeci, apostate Christum non dixisse: de me accipit, sed de meo, hoc est de meo Patre. Nam Christus ipse exponens seipsum subiungit: de meo accipit: quia quaecumque habet Pater, mea sunt...

S. III.

Probat ex Patribus Graecis.

XVII. Scripserunt accedunt testimonia Patrum: & primo quidem Graecorum veterum. Afferam primo D. Athanasium, qui Epist. ad Serapionem num. 20. & 21. Macedonianis offendit, quod si Filius Dei, ut ipsi assererant, res creata non est, neque res creata erit Spiritus Sanctus, qui sicut Filius a Patre, ita & ipse a Filio est...

XVIII. Neque dicas cum Macro Epheho in Conc. Florentino lib. 21. Divum Athanasium hoc loco non explicat originem unius Personae ab alia, sed unitatem naturae...

Nam contra est, Athanasium non solum dicit, quod eandem naturam habet Spiritus erga Filium, qualem Filius erga Patrem, sed insuper eandem ordinem: atqui ordo inter divinas Personas, alius non est; nisi ordo originis; ergo inten-

dit, quod Spiritus habet eundem ordinem originis erga Filium, qualem habet Filius erga Patrem; & quod, sicut Filius in eadem natura oritur a Patre, ita & Spiritus in eadem natura originem trahit a Filio...

XIX. Profertur fere omnes Recentiores Critici, etiam Latini, hoc Symbolum non esse Athanasii, quorum momenta expendit, & probat Natalis Alexander...

Reponunt tamen fere omnes Recentiores Critici, etiam Latini, hoc Symbolum non esse Athanasii, quorum momenta expendit, & probat Natalis Alexander...

XX. Athanasio legitur Symbolum Tradidit adiectit. Omnis enim D. Gregorius Nazianzenus qui Orat. 21. quae est in laudem S. Athanasii scribit, non scriptam fidei confessionem Ioviniano Imperatori obulisse...

XXI. Certius afferunt testimonia. Primo. Eius canon Augustinorum fidei 7. anno 690. sub S. Leodegario, quo sanctum est: Si quis Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, vel Clericus Symbolum, quod sancto inspirante Spiritu Apostoli tradidimus...

XXII. Quicquid vult salvis esse, memoriter tenet. Ruldo ex Ayreone Episcopo Basiliensi fidei 9. anno 632, in Capitulum de decernente, ut fides S. Athanasii a fecundis discatur, & ex corde dicit Dominico ad Primam reciteretur...

XXII. Quae vero Recentiores inducunt ad iudicandum oppositum, sunt. Nec Athanasium, nec illum Scriptorem ei coevum ejus Symboli meminisse. Immo S. Athanasius epist. ad Anaclethos, asserit, se alienum fuisse a condenda nova fidei formula, cum Nicea fuisset. Secundo, Quia Iudaei Symboli filius Graeci hominis non est, sed Latini. Tercio, Quia in eo desideratur vox Cosubstantialis, pro qua adeo pugnavit Athanasius. Quarto, Quia non convenit, quod anno, & quo in loco illud Athanasius conscripserit...

XXIII. Secundo. Afferro testimonium Basilio I. 3. contra Eunomium, quod in Concilio Florentino contra Graecos egregie Joannes noster opponere: Quid enim (inquit Basilius) necessesse est, si dicitur, quod ordine tertius est Spiritus, tertium ipsum esse naturae...

XXIV. Tertio. Afferro S. Epiphanium in Anacrotis tumulum, 8. tum 67. ubi ait: Jam vero cum Christus ex Patre creatur Deus ex Deo, & Spiritus ex Christo sive ab ambobus: ut Christus sit verus asserit: Qui a Patre procedit; & hic de meo accipit. Idem asserit n. 61. & 72. Haec autem 62. quae est Sabellianorum: Non alienus (inquit) est a Patre, & Filio: sed ex eadem substantia, ex eadem divinitate ex Patre, & Filio...

XXV. Quarto. Afferro S. Cyrillum adeo aperte hanc veritatem testantem, ut Theodoretus ipsum oppugnans, contrariis dogmatis effectus fit Caput; quod superius observavimus. Nendum enim unanimitatis 9. ubi dicit, Spiritum esse proprium Filii; sicut est Pater in seipsum in seipsum...

XXVI. Quinto. Afferro S. Maximum Martyrem in tract. de candlebro Zachariae Propheta, quem contra suos Graecos Joannes Vercus adducit. Ait ergo S. Maximus: Nam Spiritus Sanctus, quem admodum natura Dei est, & Patris secundum substantiam: sic est Filii secundum substantiam; tamquam qui ex Patre substantiateliter per Filium generum inexplicabili modo procedat...

XXVII. Istis addo, S. Maximum satis exprimit processionem Spiritus Sancti a Filio, dum ait: quod ex Patre substantiateliter per Filium generum inexplicabili modo procedat. Nam ut docet D. Thom. 1. part. quaest. 36. art. 3. in corpore. Quia

Filius habet a Patre, quod ab eo procedat Spiritus sanctus, non est dicit, quod Pater per Filium spirat Spiritum sanctum, vel quod Spiritus sanctus procedat a Patre per Filium, quod idem est. Unde Hilarius lib. 12. de Trinitate in fine relictus a Div. Thom. ibi in argum. sed contra sic ait: conforsus ejus, ordo, sicut mea Religio, ut semper ordinem Patrum, saltem in & Filium suum non eorum adorem, & Spiritum sanctum suum, qui est ex se per unigenitum suum, promoveat.

Pro hujus pleniori intelligentia observo duo. Primum: Quod cum diximus Spiritum Sanctum procedere a Patre per Filium, propositio per significat causam, seu principium rei productae, non autem producentis, seu actionis ejus; ut sentus sit, Spiritum sanctum procedere a Patre mediante Filio: non autem, quod Filius sit Patri causa, vel ratio, qui spiraret Spiritum sanctum. Secundum: Quod Spiritus sanctus non procedat per Filium tamquam per instrumentum, aut ministrum, aut causam adjuvantem, sed tamquam per suppositum, quod origine medium est inter Patrem & Spiritum sanctum; quodque a Patre procedendo, accipit, quod etiam ab eo procedat Spiritus sanctus, quia eandem virtutem accipit, quam habet Pater.

Abhinc a proferendo Latinarum Patrum testimonio: possem enim hujus Catholicae Veritatis testes omnes producere, ut Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancto cap. 10. Augustinus. tractat. 99. in Joann. & in libro de Trinitate. In quibus aliqua decessit superius. Hilarius lib. 2. de Trinitate. Gregor. lib. 2. dialog. cap. ult. Leonem I. epist. 63. lib. 1. Fulgentium lib. de fide ad Petrum cap. & alios. Verum cum Latinos Patres processionem sit, ut nec Graeci ipsi negare unquam fuerint: propterea supervacaneum foret in hoc immorari.

S. IV.

Probat ex Conciliis.

XXVIII. Hujusmodi veritas fuit in pluribus Latinis Conciliis definita. Sub Anastasio Papa anno 400. celebratum est Concilium Toletanum primum, in cuius fidei confesse dicitur: credimus, Spiritum quoque esse Paraclitum, qui nec Pater sit ipse, nec Filius, sed a Patre, Filioque procedens (hac tamen fidei confesse alteri Synodo Toletanae mediae inter primum, & secundum, ab aliquibus tribuitur). Secundo, Concilium Toletanum III. sub Pelagio II. anno 589. canon 3. Quicumque (inquit) Spiritum sanctum non credit, aut non crediderit a Patre, & Filio procedere... anathema sit. Idem definitum fuit in Concilio Toletano IV. anno 633. Cap. 1. In 8. anno 673. cap. 1. & in 11. anno 675. ubi in confessione fidei dicitur: Spiritum quoque sanctum... unum aequae aequalis cum Deo Patre, & Filio credimus esse Deum... sed ab utriusque procedentem, aeternum esse Spiritum. Quae omnia Concilia ante sextam Synodum Generale seu Constantinopolitanam tertiam, videlicet ante annum 680. celebrata fuerunt. Anno 767. celebratum fuit Concilium Gentiliense. Circa an. 809. Aquigranense. Quibus processio Spiritus sancti a Filio facta est, ut diximus. Et hac ante Schisma Photii contingerunt.

Post Schisma vero, nimirum post annum 863. celebratum fuit Concilium Barense an. 1097. ex Graecis, & Latinis eorum, cui S. Anselmus interfuit, & in eos primas partes habuit. Anno 1215. habitum fuit Concilium Generale Lateranense IV. sub Innocentio. III. praesentibus Graecis, ut constat cap. 4. Anno 1274. Lugdunense Generale sub Gregorio X. & tandem anno 1438. congregatum fuit Florentinum itidem Generale, in quo sicut, & in precedente, praesentibus; & consentientibus Graecis, processio Spiritus Sancti etiam a Filio definita est. Ut supra §. 1. ostendimus.

S. V.

Probat variis Theologis.

XXIX. Huc Catholico dogmati confirmando theologiae rationes Florentinis Patribus non defuere, magna in parte ex D. Thoma demproptet. Prima autem talis erat. Spiritus Sanctus procedit a Patre; ergo etiam a Filio. Consequenter probat D. Thomas in 4. Contra Gentes cap. 25. Propter unitatem essentiae, quod in Scripturis de una Persona dicitur; & de alia species intelligi nisi repugnet proprietati personali ipsius: sed in Scripturis de Patre dicitur, quod producat, & spiret Spiritum S. & spirare non repugnat proprietati personali Filii; ergo si Pater spirat, spirat quoque Filius.

Hac ratio evincit principalem fundamentum Graecorum. Dicunt enim: non esse de Deo sentiendum, nisi quod Scriptura tradit: cumque in Deipatris Christus loquens de processione Spiritus sancti dicat, non procedere a Patre. Joann. 15. v. 26. Qui a Patre procedit, non dicit autem, procedere a se ipso; non enim sentiendum, Spiritum Sanctum procedere a Filio.

XXX. Hoc enim praecipit, & destruxit D. Thomas laudatus dicens: id quod in Scripturis de una persona dicitur, & de alia species intelligi, nisi repugnet proprietati personali ipsius. Immo loco citato, & 1. part. q. 36. art. 2. ad 1. addit etiam si dicitur exclusivam adducere. Licet enim dicitur Matth. 3. v. 16. Nemo novit Filium, nisi Pater; non tamen a co-ognitione Filii, vel ipse Filium, vel Spiritus sanctus excluditur. Unde etiam dicitur in Evangelio, quod Spiritus S. non procedat a Filio.

ait, nisi a Patre, non per hoc removeretur, quia procederet a Filio cum hoc proprietate Filii non repugnet.

Non est mirum (prosequitur D. Thom. loco citato ex 4. contra Gen.) si Dominus, Spiritum Sanctum a Patre procedere dixit, de se mensio non facta: quia omnia ad Patrem referre solet, a quo habet quidquid habet: sicut cum dicitur Joan. 7. v. 16. mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me: & multa inusitata in verbis Dominus innotuitur ad commendandum in Patre auctoritatem principis. Non tamen ad auctoritatem principalis, sed esse Spiritus Sancti principium, cum dicitur Spiritum Sanctum, se autem primo dixerat Spiritum Sanctum. Hac D. Thomas, qui repetit laudato loco pp. 1. p. q. 36. a. 4. ad 1.

XXXII. Totum hoc expresserat S. August. tract. in Joan. his verbis: Si ergo & de Patre, & de Filio procedit Spiritus Sanctus, cur Filium dixit, de Patre procedit? Cur patet, nisi quem admodum ab eum solet referre, & quod ipse est, de quo & ipso est? Unde est illud quod ait, mea doctrina non est mea, sed eius, qui me misit. Si igitur intellegitur hic eius doctrina, quam tamen dicit non suam, sed Patris; quanto magis ille intellegendus est, & de ipso procedere Spiritus Sanctus; ubi sit aut, de Patre procedit, ut non diceret, de me non procedit? A quo autem habet Filium, ut sit Deus (est enim de Deo Deus) ab illo habet utique, ut eiam de illo procedat Spiritus Sanctus: ac per hoc Spiritus Sanctus, ne eiam de Filio procedat, sicut de Filio procedit, ab ipso habet Patrem, & paucis interjectis: Neque enim (inquit) possimus dicere, quod non sit uita Spiritus Sanctus, cum uita sit Patris, uita sit Filii. At per hoc, sicut Patris, cum habet uiam in semetipso, dicitur & Filio habere uiam in semetipso: sic et dicitur, uiam procedere de illo: sicut procedit & de ipso. . . Ille me clarificauit, quis de meo accipit. Omnia quocumque habet Patres, mea sunt; propterea dixi quia de meo accipit.

XXXIII. Secunda ratio ex eodem S. Thoma 1. p. q. 36. a. 2. talis est. Spiritus Sanctus realiter distinguitur a Filio, ut Patres ab illo distincti, ergo realiter procedit ab illo, cum inter diuinas Personas tota ratio distinctionis realis sit relatiua oppositio: tota autem ratio, & fundamentum relatiuae oppositionis inter illas est processio. Et origo unius ab alia, Hanc rationem quae expendit S. Doct. in 4. contra Gen. c. 24. Verum quia eius efficacia impugnatur a Scoto, uolente quod Spiritus Sanctus adhuc distingueretur realiter a Filio, etiam ab illo realiter non procederet: ideo ad sequens Diuini examinandam remittitur.

XXXIII. Alias rationes, siue dixeris congruenter, loco supra relato ex 1. parte. quib. 36. art. 2. assert. S. Thomas, quarum prima est. Filius procedit, ut Verbum per modum intellectus, Spiritus Sanctus autem per modum uoluntatis, ut amor: sed amor procedit a Verbo, non enim amamus, nisi secundum quod conceptione mentis rem apprehendimus; ergo amor diuini procedit a Patre, ut intelligente per Verbum, ergo a Patre simul, & Verbo. Hanc eandem rationem producit 4. contra Gen. cap. 24. citato.

XXXIV. Secunda est. Quando ab uno procedunt plura non sola materiali distinctione, sed formali. distincta, debent ab illo procedere cum ordine inter se: sed ab una Persona Patris procedunt due Personae scilicet Filius, & Spiritus Sanctus, qui non sola materiali distinctione, sed formali, inuicem distinguuntur; ergo oportet inter eas dari aliquem ordinem: Atqui nullus alius ordo inter illas potest assignari, nisi ordo originis, quod unus ex alio est, neque potest dici, quod Filius sit a Spiritu S.; ergo dici debet, quod Spiritus S. sit a Filio. Majorem explicat D. Thomas, sc. Nisquam hoc inuenimus, quod ab uno procedat plura abique ordine, nisi in illis solum, quae materialiter differunt, sicut unus fabricator producit multos uasculos materialiter ab inuicem distinctos, nullum ordinem habentes ad inuicem, sed in rebus in quibus non est sola materiali distinctio, semper inuenitur in multitudine productorum aliquid ordo. Uentus enim (ait 4. contra Gen. cap. 24. citato) sunt supra non uentus, & animalia supra plantas, & homo super alia animalia, cum in singulis horum diuersi gradus inueniantur secundum diuersas species. Unde & Plato species rerum, dicit esse numeros, qui specie uariantur per aduersum, ut substantiam quiritatis.

Hunc ordinem inter diuinas Personas adesse uel Graeci conueniunt, ut ait D. Thomas 1. p. q. 36. a. 3. Unde (inquit) etiam ipsi Graeci processiones Spiritus Sancti aliquem ordinem habere ad Filium intelligunt. Concedunt enim Spiritum Sanctum esse Spiritum Filii, & esse a Patre per Filium. Et quidem eo quod dicitur procedere, quod sit a Filio, uel presunt ab eo non tamen quod procedat quod uideatur uel ex ignorantia, uel ex praeteritia esse. Quia si quis reflecteret, inuenit, processiones uerum inter omnia, quae ad originem quatuorcuque pertinent, communissimum esse. Utitur enim eo ad designandum quatuorcuque originem; sicut quod linea procedit a puncto, radius a Sole, riuus a fonte, similiter in quibuscuque aliis.

XXXV. Tertia ratio sumitur ex 4. contra Gen. cap. 24. citato sic. Quidquid non est contra rationem alicuius, non est impossibile ei conuenire, nisi forte per accidens, sed esse principium Spiritus Sancti non est contra rationem Filii; ergo non est impossibile, ut Filio conueniat esse principium Spiritus Sancti: sed quod non est impossibile, potest esse, quod autem potest esse, in Deo de facto est, quia in diuinis non differt esse, & posse, ergo de facto Filius est principium Spiritus Sancti. Min. principalis probatur a D. Thoma. *Esse principium Spiritus Sancti non est contra rationem Filii, uerum in quantum ad Deum quia Patres, qui est Deus, est principium Spiritus Sancti. Neque in quantum est Filius, eo quod alia est*

processio Spiritus Sancti, alia Filii non est autem repugnans, in quod est a principio secundum unam processionem, esse principium processionis alterius; ergo &c.

§. VI.

Græcorum rationibus respondetur.

XXXVI. Quod Graeci obijciunt ex Scriptura diluam est sc. procedente n. 11. ex D. Thoma, & S. Augustino, & iterum, ex eo quod Spiritus S. dicitur procedere a Patre, sequi quod procedat etiam a Filio, quia quocumque habet Pater, habet & Filius, uicem excepta Paternitate. Pro quibus iterum adduco testem S. Augustinum qui l. 15. de Trin. cap. 17. Non frustra (inquit) in hac Trinitate non dicitur . . . de quo genitum est Verbum, & de quo procedit principaliter Spiritus Sanctus, nisi Deus Pater. Ideo autem ad dicit, principaliter, quia & de Filio Spiritus Sanctus procedere reperitur. Sed hoc quoque illi Patres dicit, non tanquam existenti, & nondum habenti; sed quiaquid uiginti uerbo dicit, genitum de deo. Sic ergo cum genitum, ut eiam de illo domini eum in procederet, & Spiritus S. spiritus esse amorem.

XXXVII. Primo ergo opponunt Theodorici, qui in confutatione anathematismi non, quem Cyrillus innoterat in Nestorium, caput hoc Cyrilli dicitur: Proprium esse Filii Spiritum, & aperte negat spiritum Sanctum ex Filio, aut per Filium emanatum habere. Respondet, Theodorici hic in re auctoritatem nihil esse sciendam. Nimum enim paribus Nestori addidit, & contra Cyrillum plus a quo accessit, non est mirum, quod in Cyrillo damnauerit, quod Nestorio dogmata opponi iudicauit. Quapropter ab aliorum doctrina Græcorum procedens, quibus processionem Spiritus Sancti a Filio negat, ut S. r. ostendimus. Quo factum est, ut utraque Ecclesia Catholica, Latina, & Graeca in s. & 6. Synodo Generali Theodorici scripta aduersus Cyrillum damnauerit.

XXXVIII. Ad idem. In Concilio Ephesino publice lectum fuit Synolium Nestorii, in quo expressé de Spiritu Sancto dicebatur: sed nec Filium illam paramus, nec per Filium substantiam sortem. Reclita quoque fuit Theodorici confutatio noni Anathematis Cyrilliani, qui uelut impiam damnabat propositionem adferentem Spiritum Sanctum ex Filio, aut per Filium existentiam habere. At illius Concilii Patres non leguntur contraxisse, immo nec Cyrillus ipse, cuius doctrina damnabatur ergo se uidentur approbasse.

Resp. primo, quod si hæc inflant uires habet, eminet etiam plus, quam Graeci uelint. Nam ipsi uires ante Conc. Florentinum, uere in ipso Concilio, & ante eum contentum, Spiritum Sanctum a Patre per Filium procedere. Cum ergo hoc, siue a Symbolo Nestoriano, siue a Theodorico negetur & blasphemum iudicetur, non minus ac dicitur, eum procedere ex Filio, nec Concilii Patres contraxerunt; sed quælitur, etiam Græcos adserentes, Spiritum per Filium procedere, fuisse damnatos.

XXXIX. Respondet secundo, notando min. Nam eo ipso quod Ephesini Patres adseruerunt tuncquam Catholicum Episcopatum a Cyrillo, & Alexandria Synodo scriptam, in qua et ro. aperte asseritur, quod Spiritus Sanctus: quodque quodque Spiritus ueritatem ueniat, Christus autem ueritas est, & prima de quoque ab illo, esse & a Deo Patre procedit; censendi sunt Symbolo Nestoriano contraxisse. Falsum quoque est, quod Cyrillus confutationi Theodorici non contradidit. Oppositum uelut constat ex responsione ad Orientalium objectiones contra anathematismum nonum. In eo enim aperte Cyrillus asserit, Filium omni cum Patre habere communem præter paternitatem: Esti (inquit) Unigenitum Dei Verbum homo factum est, uel uel uel uel uel, & substantia uel uel, & diuina miranda factura.

XL. Respondet tertio, Synodi Ephesinae Patres palmari Nestoriani erroris damnationi unice intentos damnasse quidem Symbolum a Cyrillo illis presentatum, quoad hæc, quod Nestorianum errorem exhiberet, ut constat actione 4. Concilii: Verum non satis caute Nestorius pronuntiauerat, prudenter illud simulauerat eo uel maxime quod in suum sensum posset trahi, scilicet Spiritum Sanctum existentiam per Filium non habere, tuncquam Filio extraneum, factum, & creatum, eo modo quo omnes creaturae per Filium facte dicuntur. Eadem quoque ratione in controversia exorta inter Cyrilli anathematismum nonum, & Theodorici nihil definire uoluerunt. Quod tamen Ephesini Patres non fecerunt, in quinta, & sexta Synodo impletum fuit; in quibus Theodorici scripta aduersus Cyrillum damnata fuerunt.

XLI. Secundo obijciunt S. Joan. Damascenum, qui octavo saeculo imperante Leone Maurico floruit. Is enim aperte asserit, Ecclesiam Græcam non dicere, quod Spiritum Sanctum sit ex Filio. *lib. 1. de fide orthod. c. 2. ubi de Spiritu Sancto; At uero (inquit) cum ex Filio esse non dicimus, Filii tamen Spiritum uocamus. Et cap. 12. Spiritus Sanctus, ait, eo Patre per Filium procedens. Et post multa subiungit: Quia Filii quoque Spiritus dicitur, non uelut ex ipso sed per ipsum eo Patre procedens. Solus enim Pater auctor est. Et aperit homil. de Sabasio Sancto hæc habet: Spiritus S. uelut, tanquam Dei, & Patris Spiritus, ex ipso non procedunt, qui tamen etiam Filii dicitur, quod per ipsum manifestatur, uelibusque conditi imperitibus; non autem ex ipso habentur ex facta.*

fat. Quibus uidetur asserere, Spiritum Sanctum manifestari quidem extertus per Filium, ac nihil habere a Filio, ut sit, seu ut ad intra procedat.

XLII. Circa Damasceni mentem in hac quaestione non uia fuit Doctorum opinio. Quidam illum respiciunt inter Græcos, qui negantur; Spiritum Sanctum procedere a Filio, quibus adherere uisus est Div. Thomas 1. part. qu. 16. art. 2. ad 3. ubi obijci sibi auctoritate Damasceni, sic respondet: Ad uerum dicendum, quod Spiritum Sanctum non procedere a Filio primo fuit a Nestorianis introductum; uel in quodam Synodo Nistoriano damnato in Episcopo Synodo (de quo supra) & hunc errorem sequutus fuit Theodoros Nistorianus, & plures post ipsum. Inter quoque uicem Damasceni. Unde eius sententia non esse standam. Verum quia statim subiungit D. Th. Quomodo a quibusdam dicitur, quod Damascenus, sicut non confiteatur, Spiritum Sanctum esse a Filio; ita eiam non negat ex ipso illorum uerborum.

XLIII. Ideo huic benigniori interpretationi cum Recentioribus fere omnibus me subscribens; respondet, Damascenum, dum ait, Spiritum Sanctum non esse ex Filio, sed per Filium, non esse autorem, & principium Spiritus Sancti; non uelle, quod Spiritus Sanctus nullum ordinem dicat ad Filium, eum expressé admittit dum dicit, eum esse per Filium & Spiritum Filii: sed indicare solum uoluit, Filium non esse primum autorem, principium, & fontem originis Spiritus Sancti, eo modo, quo Pater, qui uirtute a se, non ab alio accepta, producit Spiritum Sanctum; cum Filius, esse principium sit originis Spiritus Sancti; non tamen sit fontalis, & primum, sicut Pater, sed quod medium, nempe in spiratua habita, non a se, sed accepta a Patre. Hanc autem ueritatem Damascenus, alique Graeci Orthodoxi, existimant, melius explicandi dicens, Spiritum Sanctum non esse ex Filio, sed ex Patre per Filium, non dicens, eum esse ex Patre, & ex Filio, uidentur cum Ariano Spiritus Sancti productionem in Filium præferri refundere potius, quam in Patrem: Vel ne speciali quadam uirtute a Patre non accepta, & actione a Patre distincta puritate Spiritum Sanctum a Filio producit, & hoc nec crederetur, aut Patrem ad eum non concurrere productionem, uel diuersas uirtutes concurrere, sique Patrem se Filium esse duo principia, duas uirtutes habentia, & prout deus duas naturas. Quam suspitionem uelut dicens, procedere a Patre per Filium; sic enim explicabant; & originem Spiritus a Filio per ly per, & originem Filii a Patre, seu Spiritum non autem a Filio nisi uirtute accepta a Patre.

Quod hæc propositio: Spiritus Sanctus procedit a Patre per Filium, sensum Catholicum facit, ostendimus supra §. 3. sum. ad ex Div. Thom. 1. part. qu. 36. art. 3. Quare de Filio de Spiritu Sancto cap. 18. dicit: Spiritum Sanctum dicitur per Filium uoluntati, honorati, & substantiam. . . a Patre per Filium in Spiritum transeire, Cyrillus lib. Thoma cap. 34 Spiritum Sanctum dicit Spiritum Dei appellari, quia coniungitur Filio, qui brachium est Patris, ideoque uelut mens per brachium digitem mouet. Et hoc ut intelligatur, naturam diuinam, que intelligitur a Patre communicata secundum originem ordinem Filio prius, quam Spiriti Sancto, suam illam ueritate in Filio fundantem, que incipit in Patre. Unde illud Nysseni scitum, una ueritas substantia, unus uoluntati optima motus a Patre processit, perque Filium procedit, & in Spiritu completur. Hæc il recte pensentur haud egre poterunt explicari Græcorum Doctorum, & Latinorum de Spiritus Sancti processione sententias; acque in unam fidem consentient inueniuntur.

XLIV. Tertio obijciunt rationes, Si Spiritus Sanctus a Patre, Filioque procederet, iam essent duo Spiritus Sancti principia, hoc enim essent principia, quae sunt Personae, a quibus summa esse accepta, & utque non possunt esse duo principia Spiritus Sancti, alias duplici actione produceretur, sique a seipso diuinus esset; ergo &c.

Respondetur cum Diu. Thoma. laudato qu. 36. art. 4. negando mai. ad ejus probat. Nego, ad multiplicationem principiorum sufficere multiplicationem Personarum, sed ulterius requiritur multiplicitas formarum, & actionum. Quia (inquit) S. Doct. *Legit hoc nomen principium, significat proprietatem, tamen significat am per modum substantiæ; sicut hoc nomen Pater, & Filius eiam in rebus creatis. Unde numerum accipit a forma significata, sicut & alia substantia. Sicut igitur Pater, & Filius sunt unus Deus propter unitatem formæ significatæ per hoc nomen Deus; ita sunt unus principium Spiritus Sancti propter unitatem proprietatis (nempe uirtutis spiratua) significatæ in hoc nomine principium.*

XLV. Ad iniquis primo. Spiritus Sanctus non potest procedere a Patre, & Filio, ut sunt unum; ergo ut sunt plures. Ant. probatur. Non potest procedere ab eis, ut sunt unum in natura; quia sic etiam procederet a seipso, qui est unum in natura cum ipsis. Neque ut sunt unum in aliqua proprietate personalis; quia una proprietates non potest esse diuinitas suppositorum.

Inhabis secundo. Cum dicitur Pater, & Filius sunt unum principium Spiritus Sancti, non essent ibi designati unitas personalis; quia sic Pater, & Filius essent una Persona. Neque etiam unitas proprietatis; quia si propter unam proprietatem Pater, & Filius sunt unum principium Spiritus Sancti; pari ratione propter duas proprietates, Pater erit duo principia, nempe Filii ratione Paternitatis, & Spiritus Sancti ratione spirationis actiue: sed hoc falsum; ergo &c.

Inhabis tertio. Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, quae sunt unum principium creaturarum dicuntur esse unus Creator: sed Pater, & Filius non sunt unus spirator, sed duo

Spiratores, unde Hieronimus lib. 2. de Trinit. Spiritus Sanctus (inquit) a Patre, & Filio auctoribus, confectus est; ergo &c.

XLVI. Ad has instantias, quas contra se proponit Diu. Thom. 1. part. qu. 36. art. 4. respondeo. Ad primum cum eodem ad primum nego. antequam ad probationem dicit S. Doctor, quod hæc ostendatur, in quantum Spiritus Sanctus procedit a Patre & Filio; in quantum unum in uirtute spiratua, quae quoddammodo, significat unitatem cum proprietate. . . ut Neque est inconueniens, unam proprietatem esse in dubio supra positis quorum est una natura. Si uero consideraretur supposita spirationis, sic Spiritus Sanctus procedit a Patre, & Filio; ut sunt plures. Procedit enim ab eis, ut amor unitus diuinitati. Hæc S. Doct. quibus patet, Spiritum Sanctum procedere a Patre, & Filio, ut sunt unum in natura, non præcise, sed cum tali proprietate. Ex quo non sequitur, Spiritum Sanctum procedere a se ipso; quia ideo fit unum in natura cum ipsis, non tamen est unum in natura cum tali proprietate, nempe in spiratua.

Addo, hanc instantiam nimis probare; probaret enim Patrem æternum non producere Filium ratione sui substantiæ, nec Filium procedere de substantia Patris, alias procederet a seipso.

XLVII. Ad alteram respondeo cum eodem S. Thoma ad secundum: quod cum dicitur Pater, & Filius sunt unum principium Spiritus Sancti, designatur una proprietates, quæ est forma significata per nomen. Non tamen sequitur, quod propter plures proprietates possit dici Pater plura principia; quia implicatur pluralitas suppositorum: id est, ut Pater diceretur plura principia, deberet multiplicari non solum proprietates, sed etiam personam; ideoque unius homo habens plures artes non dicitur plures artifices, sed unus artifex. Quod eo magis uerum dicitur in Patre æterno, in quo vis spiratua, & generatiua idem realiter sunt, & sola ratione diuerse. Quia ratione nec Pater, ut est principium Filii, nec Filius ut est principium Spiritus Sancti, dici debent duo principia, sed unum; quia vis generatiua, que est in Patre, vis spiratua, que est in Patre, & Filio non distinguuntur realiter, quævis distinguuntur supposita; ut dicit Anselmus lib. de process. Spiritus Sancti cap. 10. & ratio est; quia ad multiplicationem nominis substantiuu non sufficit multiplicatio forma; nec sola multiplicatio supposita; sed requiritur multiplicatio utriusque, formæ scilicet, & supposita; & hæc non sola ratione, sed realis.

Quod si querat. Quando dico Pater, & Filius sunt unum principium Spiritus Sancti, pro quo supposito? Pro Patre, an pro Filio, an pro utroque? Resp. cum Diu. Th. relato ad 4. supponere pro utroque; sed indeterminatè, & confuse. Cum enim dicimus, Pater, & Filius sunt unum principium, hoc, quod dico principium non habet determinatum suppositum, immo confesum pro duabus Personis hinc. Unde nec determinatè, quod principium quod est Pater, nec quod non est Pater, sed Filius. Hoc enim esset incidere in fallaciam figurae dictionis a consilio suppositi ad determinatum.

XLVIII. Ad tertiam respondeo cum eodem S. Thom. negando min. Sunt enim potius duo spiritus, quam duo spiratores. Quia enim (inquit) Spiritus adiectiuum est, spirator uero substantiuum, possimus dicere, quod Pater & Filius sunt duo spiritus propter pluralitatem suppositorum, non autem duo spiratores propter unam spirationem. Nam adiectiuum habet numerum secundum supposita, substantiuum uero a se ipse secundum formam significatam. Quare Hieronius dum dicit, quod Spiritus Sanctus est a Patre & Filio auctoribus, ponit substantiuum pro adiectiuo. Ita Diu. Thom.

Oportuit in hoc passim innotari, ut Phidoro, Grecisque ora obstruamus, qui nobis semper obijciunt, quod Spiritus Sancto duplicem causam assignemus, quod Dei Monarchiam destruamus, quod in Marcionis, & Manetis hæresim impingamus. Uno uerbo quod diuidiam delatam. Si enim sua ex dicit, & oblatio Græcis oculis, aureque non clauderet uiderent, audirentque a Latinis semper pro Dei indiuia unitate pugnantibus fuisse; & quæuis non a solo Patre, sed a Filio procedere Spiritum Sanctum semper dixerit; si semper tamen confesi sunt, eos non esse plures, quia sunt unum principium unitæ uirtutis & spirationis spirans, unitæ relatione illam respiciens, æque immediate ab utroque procedens.

XLIX. Hanc doctrinam tradidit quarto scetulo S. August. lib. 5. de Trin. cap. 14. his uerbis. *Et admodum est, Patrem, & Filium principium esse Spiritus Sancti, non duo principia; sed unus Pater & Filius unus Deus, & ad creaturam relatiua unus Creator, & unus Dominus; sic relatiua ad Spiritum Sanctum unum principium. Hanc tradidit S. Anf. lib. de process. Spiritus Sancti cap. 9. dicens: sicut non credimus, Spiritum Sanctum esse de hoc, unde duo sunt Pater, & Filius; sed de hoc, in quo unus sunt: ita non dicimus duo esse principia, sed unum principium.*

Neque hinc inferant Graeci, unam fore personam Patris, & Filii, si spiratio uirtute communis fit, cum Personæ proprietates distinguantur. Non inquam; nam spiratio non est proprietates hypostaticæ, seu Personarum constitutiuæ. Et enim Persona Patris paternitate, Persona Filii filiatione tantum constituitur, sed est motio consequens Personam iam constitutam.

L. Hanc ueritatem fuisse semper ab Ecclesia Latina traditam, solemniter protestatus fuit in Concilio Generali Lugdunensi Gregorius X. anno 1274. nam fuit cont. cap. 1. de summa Trinit. Fidei (inquit) de ueritate professionis scimus; quod Spiritus Sanctus ueritaliter ex Patre & Filio, non tanquam ex duobus principibus; sed tanquam ex uno principio; non duabus spirat.

Spiritalibus, sed unica spiratione procedit. Hac professio est...
Latino, quod duo principia, sed duas causas ponent...

Porro cum in Concilio Florentino adhuc Graeci calumniantur...
inter cetera protestantes sanctum spiritum ex...

II. Quarto obijciunt. Si spiritus sanctus procedit ex Patre & Filio...
ergo per plura distinguitur spiritus sanctus a Patre...

Urgetur hoc. Si spiritus sanctus procedit a Filio, non procedit immediate a Patre, quia procedit a Filio virtute communicata ei a Patre...

III. Respond. negando utramque consequentiam. Sola enim processio, seu spiratio passiva distinguitur spiritus sanctus a Patre, & Filio...

III. Hinc ad id, quod urgetur dico, instantiam magis premere Graecos, qui negantes spiritum sanctum procedere ex Filio...
concedunt tamen procedere a Patre per Filium...

LIII. Hinc ad id, quod urgetur dico, instantiam magis premere Graecos, qui negantes spiritum sanctum procedere ex Filio...
concedunt tamen procedere a Patre per Filium...

Multo minus sequitur, spiritum sanctum comparari ad Patrem, sicut Nepotem ad Avum, quia spiritus sanctus aequae immediate a Patre est, ac Filius...

LIV. Obijciunt denique. Spiritus sanctus perfecte procedit a Patre; ergo superfluum est ut procedat a Filio.

Hoc argumentum, quod est palmarum Graecorum, in eosdem retorquet Manuel Calecas lib. 3, contra Graecos, sic. Si perfecta a Patre mittitur spiritus sanctus, superfluum erit, & a Filio mitti: si autem imperfecte: non ergo perfectus est Pater...

Petrezera interrogandi sunt, an perfecta sit mundi ex Patre creatio? Si perfecta, cur Filius, & spiritus sanctus causa eius sunt?

IV. Respondetur ergo, objectionem procedere ex falso supposito, nimirum, quod spiritus sanctus procedat etiam a Filio, ac si solus Pater non fuisset, sed egeret Filio. Si ergo...

DUBIUM II.

An particula Filioque iure addita fuerit Symbolo?

S. I.

Aferrio stabilitur.

I. Hæc est altera cum Graecis schismaticis controversia pars. Implacabiles enim Latini insulant, quod ad firmandum suum de processione spiritus sancti a Filio (ut ajunt) errorem, nisi fuerint fidei Symbolo illum inferere, ei particula Filioque addentes, ac dicentes qui ex Patre Filioque procedit. Contra (inquit) mentem Synodi generalis III, nempe Ephesinæ act. 6, par. 1. cum enim Charissimus Philadelphie Presbyter Nestorianam quandam fidei expositionem ad Ephesinos Patres detulisset, ac perlecta, & diris devota, devertere: Alteram fidem nemini licere proferræ, vel conscribere, aut componere, præter eam, qua definita est a SS. Patribus Nicæa congregatis cum Sancto Spiritu. Qui autem ausi fuerint, aut componere fidem alteram, aut proferræ, vel offerre converti voluntibus ad agnitionem veritatis, sive ex Gentilitate, sive ex Judaismo, sive ex quocumque heresi: hos quidem, si sunt Episcopi, aut Clerici, alienos esse Episcopatu, Clericatu a Clericatu decernis. Si vero Laici fuerint, anathematis subijci. Eadem repetit Synodus Chalcedonenis inferius referenda in definitione fidei.

Ex quibus sic arguntur Graeci. Ea additio iure facta non fuit Symbolo, quæ Ephesina Synodus sub depositis, & anathematis poena fieri vetuit; sed Ephesina Synodus vetuit sub anathematis, & depositis poena additionem particule Filioque; si quidem hujus particule additio, est prolatio alterius fidei a Nicæna, est compositio formulæ præter Nicænam, quod Ephesina Synodus vetuit; ergo &c. Nihilominus. II. Dico. Potuit Ecclesia ad melius, & expressius professendam fidem processionis spiritus sancti a Filio addere Symbolo vocem Filioque, & iure, prudenteque eam addidit. Prior pars probatur. Qui potest Symbolum condere, potest multo magis Symbolo condito veram, ac necessariam explanationem, seu velis, additionem, inferere, quia, qui potest id, quod majus est, potest id, quod est minus in eodem genere: atqui Ecclesia potest ex tradita a Christo doctrina Symbolum condere: ergo &c. Minor prob. Ecclesia esse non habuerit a Christo facultatem novam fidem condendi; accepit tamen facultatem gubernandi Fideles, etique regulam proponendi, quæ in una fide contineretur, monente Paulo ad Philipp. 2. vers. 16. ut item sapiamus, & in eadem perennitatem regula; sed hoc maxime præstat condendo Symbolum fidei, seu communem fidei testam ex doctrina Christi constantem, ex cuius professione, sicut olim milites, ite Fideles ab infidelibus fecerantur; ergo &c.

Hac facultate Apostoli priusquam dividissent in gentes Symbolum fidei ediderunt, quibus præcipua fidei nostre fundamenta duodecim articulis concluduntur quod sub eorum nomine a quocumque Fidei adhuc recitari. Et hoc, non ut Apostoli præfate, seu ut testes doctrine, qua Christus esse imbuatur, præstiterunt, sed ut Ecclesie Pastores, seu ut omnium Ecclesiarum sollicitudinem gerentes. Quod maxime comprobatur ex opinione quorundam, maxime ex protestantibus, qui Symboli, vulgo Apostolorum dicti, immediatos Auctores non faciunt Apostolos; sed illud ex eorum doctrina ac eorum successores Pastores fuisse comparatum, ac universæ Fidei collectioni propositum contendunt. Cum ergo nunc temporis Ecclesia possit, quod five Apostoli, ut Ecclesie Pastores, five eorum in eisdem regimine successores poterunt; sit, ut sicut tunc, ita & nunc Symboli condendi habet potestatem.

Confirmo hoc. Ecclesia modo eadem est, & eadem potestate viget, quæ erat, & quæ potestate fruebatur temporibus Nicæni I. & Constantinopolitani I. atque universæ Nicæni I. potuit inferere verbo expositionis spiritus sancti divinitatem: Et in spiritum sanctum Dominum vivificantem, qui ex Patre procedit. Qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui in Symbolo Nicæno non legebatur: Cur ergo non potuit Ecclesia eidem Symbolo vocem Filioque inferere?

III. Hinc formo secundam rationem. Ecclesia quovis tempore potest ea omnia inferere Symbolo, quæ necessaria sunt, ut fideles ab infidelibus, Catholicis ab Hæreticis qui intra Ecclesiam sunt, ab his, qui sunt extra illam, fecerantur, Symbolum enim fidei est signum, testera, quæ a venientibus ad ipsam, Ecclesia potest, & debet exigere, ut sub ejus vestigiis eos militare dignoscat; ergo sicut ut discerneret Christianos a Paganis, & Judæis, Symbolum Apostoli ab initio condiderunt, vel si placet, Pastores, qui Apostoli successerunt; ut fecerent Catholicos ab Arianis, Nicæni Patres vocem substantialis Symbolo addiderunt; & ut eosdem fecerent a Macedonianis, voces exprimentes spiritus sancti divinitatem addidere Patres Constantinopolitani; & harum veritatum professionem exigere poterunt: Ita, ut veram de processione spiritus sancti etiam a Filio fidem exprimerent, & ut eam credentes a non credentibus fecerent, poterunt Latini vocem Filioque Symbolo inferere, & hujus dogmatis processionem a Graecis ad unitatem Catholicam redeuntibus, postulare.

S. II.

Graecis opponentes responderunt.

IV. R. Espondendum primo est iis, quæ superius opposita sunt ex Synodo Ephesina. Resp. ergo primo. Si Ephesini Patres anathema dicentes illis, qui alteram fidem, præter eam, quæ Nicæna definita est, conscriberent, anathema dixerunt Latinis Nicæna fidei additis vocem Filioque; anathema quoque dixisse credendi erunt Patribus Constantinopolitanis, qui Symbolo Nicæno plura addiderant, nempe Spiritum Sanctum a Patre procedere, cum Patre, & Filio adorandum &c. Quod si hoc non dicant, Latini anathemate ferri, per hoc, quod Nicæna, & Constantinopolitana fidei addiderint etiam expositionem processionis spiritus sancti a Filio.

V. Respondet itaque secundo. Patres Ephesinos anathemate prohibuisse conscribere, vel componere alteram fidem, nempe diversam, & contrariam fidei a Nicænis patribus definitæ qualis erat fides contenta in Symbolo Nestorianæ per Christum Synodo Ephesina exhibitæ act. 6, qua Christus unum esse in Persona cum Filio Dei negabat: non vero prohibuisse, inferre Symbolo non alteram fidem, sed fidei definitæ explanationem, quod pado Nicænos Patres erga fidem Symboli Apostolicæ, & insuper Constantinopolitanæ erga fidem Symboli Nicæni fidei se gestisse probe noverant. Porro additionem vocis Filioque factam fidei Symbolo non esse alteram fidem, sed partem fidei, & Symboli explanationem, Andreas Rhodius in Concilio Florentino sess. 6. Graecis aperte demonstravit. Cum enim vox illa Filioque continetur in hac altera voce, ex Patre: quia si spiritus Sanctus a Patre est, non ut Pater opponitur Filio, arguitur, quod si a Patre est, sic etiam a Filio, cum ipse Filius dicat Joann. 16. v. 15. Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt: & hoc, ut explicaret, quomodo spiritus de suo acciperet. Christi igitur testimonio, verbo quidem addito facta est, re ipsa tamen pura explicatio: eo quod pars addita latenter, seu implicite contineretur in priori.

VI. Totum hoc docuit Div. Thom. 2a. 2a. q. 10. de potentia a. 2, ubi respondens huic argumento, quod erat 23. Dicitur quod quod dicitur hinc sufficiens tradita fuit in Symbolo Nicæno. Unde Sancti Patres in sequentiis Synodis non intendunt aliquid addere, sed præter infirmitates hereticæ id, quod implicite continetur, explicare adduerunt. Unde in determinatione Chalcedonenis Synodi dicitur: Præsentis nunc sancta & magna, æque universalis Synodus prædicationem hanc ab initio inconcussam docens, demittit, principaliter trecentorum decem, & octo Sanctorum Patrum, qui scilicet in Nicæna convenerunt, fidem manere intactam. Et propter illos quidem qui ad verum spiritum Sanctum pugnabant, quinquaginta congregatis de substantia spiritus traditam doctrinam corroborant, quæ illi omnibus nota fecerunt, non quasi quidem aliquid esset minus in præcedentibus inferentes; sed de spiritus Sancto intellectum eorum ad verum eos, qui Doctrinam eius respuerunt, testantur. Scripturam testimoniiis declarantes. Et hoc bene male dicitur quod processio spiritus sancti a Filio implicite in Symbolo Constantinopolitano continetur, in quantum convenit illi, quod procedit a Patre, & quia quod de Patre intelligitur, oportet, & de Filio intelligi, cum in nullo differant, nisi quia hic est Filius, & ille Pater. Sed propter infirmitates hereticæ, qui spiritum a Filio esse negabant, conveniens fuit, ut in Symbolo poneretur. Non quasi aliquid additum, sed explicite interpretatum, quod implicite continetur. Sicut si infirmitate hereticæ, quæ negaret spiritum sanctum esse factorem Cæli & Terræ, oportet, hoc explicite poni, cum in prædicto Symbolo hoc non dicitur, nisi de Patre. Hæcenus S. Thomas.

VII. Respondet tertio. Dato etiam, Synodum Ephesinam interdixisse fieri quæcumque additionem, etiam explanativam, hanc tamen interdixisse, ut faciendam a privatius hominibus; qualis erat illa, que ipsi exhibita fuerat a Charisio, nimirum facta a Nestorianis; non tamen interdixisse, ne fieri possent ab alia Synodo æqualis potestatis cum ipsa: nec enim hoc interdixere poterat: Sicut autem (prosequitur D. Thom. allegato loco) posterior Synodus potestatem habet interpretandi Symbolum a prioribus conditum, ac ponendi aliqua ad ejus explanationem, ut ex prædictis patet: ita etiam Romanus Pontifex hoc sui auctoritate potest, cuius autoritate sola Synodus congregari potest, a quo sententia Synodi confirmatur, & ad ipsam a Synodo applicatur. Quæ omnia patet ex gestis Chalcedonenis Synodi. Nec est necessarium quod ad ejus expositionem faciendam universalia Concilia congregentur, cum quædamque illi heri prohiberent bellorum dissidia, sicut in prima Synodo legitur, quod Constantinus Augustus dicit, quod propter immunitatem Italia, universales Episcopus congregare non potuit. Et Berig. deinde S. Doctor, ostendens exemplo septimæ Synodi, & Chalcedonenis, etiam Concilia generalia facta fuisse in fidei determinationibus sententiam Romani Pontificis: ac principium procedere a Filio, ostendit, ex determinatione principum Conciliorum haberi, & Patrum, quos ipsa Concilia sequi se. proferat tunc, ut a nullo eorum invenitur esse negatum. Videri potest S. Doctor etiam 2a. 2a. q. 2. art. 10. ubi determinat ad summum Pontificem pertinere, ut ad hunc ordinem. Quod docet etiam hac 1a. 2a. q. 36. art. 2. ad 2.

VIII. Sed replicabis primo. Cyrillus epistol. ad Joann. Antiochen. quæ incipit Letentur Gali, asserit Nicæno Symbolo, nec sibi, nec ulli omnino alteri licere, vel unum illi posse immutare, aut ullam syllabam præterire.

Rursus; Patres Chalcedonenses rogati, ut exponerent fidem, responderunt: In scripturis expositionem non facimus. Regula est, quæ prædicit, sufficere, quæ sunt expressa. Regula vult, aliam expositionem non fieri. Et septima Synodus post fidei definitionem hæc habet: Nec leges Patrum custodiamus: nec eos qui addunt quid, vel adimunt, anathematizamus.

Confirmatur. Patres Ephesini, non obstant, quod a Nestorio Mater Christi Deipara, seu Theotocos negaretur, vocem hanc Theotocos, seu Deipara expresserunt quidem in Definitionibus fidei; sed Symbolo nullatenus addiderunt. IX. Respondet, Cyrillum asserere, ne unam voculam licere immutare, aut addere Synodo Nicæno, quæ aliam fidem a fide Nicæna exprimeret; non vero, quæ fidei Nicænae esset explanativa, si hæresis insurgens hoc petiisset, quod & Nicæni, & Constantinopolitani Patres præstiterunt, ut dicebamus. Vox enim, quæ solum explicat contentum in altera voce, expostio symboli est, non immutatio, & additio. Ut enim apud Andreas Rhodius sess. 6. Concilii Florentini omnis additio fit extrinsecus, expostio vero non fit extrinsecus, sed ex eis, quæ in textu Jacent. Si enim omnis explicatio esset additio; multa Sacre Scripture facte fuissent additiones. Cum ergo vox Filioque continetur in altera voce nimirum ex Patre, & sit explicatio illius, appositio talis vocis non est additio, sed pura explanatio, quæ necessaria iudicata fuit ob discriminandos Catholicos a Graecis hæreticis; sicut vox consubstantialis necessaria iudicata fuit a PP. Nicænis, & alia voces necessariae ad explanationem fidei Nicænae iudicate sunt a Patribus Constantinopolitanis.

Ad id, quod additur de Patribus Chalcedonenibus, dico, eos Symboli explanationem facere recusasse, quia res sufficienter judicabatur explanata; unde dicebant: Regula est, quæ prædicit, sufficere, quæ sunt expressa. Regula vult, aliam expositionem non fieri. Atque eadem fuit mens Synodi septimæ: non vero, quod si opportunum iudicaretur, non possit vocem explicativam symbolo adijcere. Enim vero si prælatæ Synodi Definitiones fidei ediderunt, quin ex hoc se alteram fidem, vel fidem antiquam immutare, aut illi addere existimarent; sed tantum fidem antiquam magis explanare; cur eadem ratione non poterant unam vocem symbolo inferere, quæ non alteram fidem latueret, vel eam immutaret, aut fidei antiquæ addere, sed fidem antiquam magis explanaret?

X. Ad confirmat. Dico cum Andrea Rhodio, Patres Ephesinos vocem Deipara seu Theotocos non addidisse Symbolo, illam tamen in Definitionibus fidei expressisse. Ideo autem non iudicantur necesse eam Symbolo addere, quia ex Symbolo jam factis apparebat, Virginem esse Deiparam. In eo namque profitemur Filium ex Patre natum, & consubstantialem Patri ex quo evidens est, Deum esse æque ac Patrem: & rursus hunc eundem incarnatum, & ex Virgine hominem factum, ex quo satis compertum est, Virginem Deum & hominem genuisse. Iterum tamen dico; Eadem vel est definitio fidei, ac Symboli: igitur vox Deipara æque poterat ab Ephesinis Patribus addi Symbolo, sicut addita Definitioni est. Si ergo vel ipsi, vel Conciliorum sequentium Patres addidissent, ideoque anathemati fuissent obnoxii? Ita sicut Julianus Cardinalis.

XI. Replicabis secundo. Leo III. anno 809. Fidei doctrinam immaculatam columinis erectis quibundam quasi clypeis conscriptam ad Ecclesie valvas in conspectu omnium collocavit, ne illo modo Novatoribus pateat aditus fidei Symbolum deprivandi, & asserendi, Filium esse secundam causam spiritus Sancti. Ita scribit ipse Epistol. ad Aquilenses Patriarcham. Et quamvis a Legatis Caroli Magni rogatus, vocem Filioque Symbolo addere constanter recusavit.

Resp. Leon III. non probavit vocem Filioque addi Symbolo, quia tunc nulla causa id postulabat, & nulla urgebat necessitas; nondum exortio schismate Rhodano; Graeci non adhuc tanta pertinacia errorem oppositum vulgabant, ut oportere, ad discernendos a Catholicis hæreticos, hujus veritatis professionem expresse in Symbolo emitti. Non negat tamen Leo, immo aperte protestatur processionem spiritus Sancti a Filio, ut constat ex Actis Collationis Legatorum Gallicanæ Ecclesie, & Caroli Magni Imperatoris ex Synodo Aquiligrantensi, quæ extant tom. 4. Conc. Harduin. Col. 969. ann. 809.

XII. Replicabis tertio. In Synodo Constantinopolitana sub Joanne VIII. celebrata Legati Apostolici Symbolo Fidei in quo tantum dicebatur Filius a Patre procedere, & ne aliquid Symbolo fidei adderetur vetitum est, subscribere.

Respondet, Synodum illam, cui Photius præfuit, in qua literæ Romani Pontificis depravate fuerunt, in qua octava Sedis Apostolicæ mandata violantur & Ecclesie causam prodiderunt, legitimum non fuisse.

Addit Manuel Calecas lib. 4. contra Graecos, fallum esse, in ea Synodo ullam factam fuisse, de spiritus Sancti a Filio processione mentionem, & multo magis veritatem fuisse Symbolo fidei additionem, quod comprobare conatur. Tum quia in commentario tradito a Romano Pontifice Legatis suis de rebus, quæ tractandæ erant in Synodo, quidam de additione, aut de Symbolo scriptum non erat, quod certe primo loco ponendum fuisset. Tum quia cum Photius tunc a Romano Pontifice confirmatus fuisset Patriarcha, & credibile non est, eum de additione voluissit verbum movere, unde timere poterat se iterum exautorandum, & omnia amitturum.

In qua Synodo vox Filioque addita fuerit.

XIII. Dico. Probabilis creditur, vocem Filioque primo insertam fuisse Symbolo in Ecclesiis Hispaniarum deserviente saeculo sexto. Apud Gallos, & Germanos, octavo. Apud Romanos nono. Et tandem in Ecclesia Catholica universa saeculo tertiodecimo. Quatuor habet partes hoc assertum.

XIV. Prima pars probatur. Nam in Concilio Toletano III. sub Recaredo Rege anno 589. Symbolum Constantinopolitanum a Rege & PP. primo recitatum fuit, addita voce Filioque. & in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, ex Patre & Filio procedentem. In Toletano IV. sub Sisenando Rege anno 633. Recitatur Symbolum, ut in Missis solemnibus decantandum erat, cum voce Filioque. Et in subsequens Toletanis Conciliis, five in Symbolo, five in Definitione fidei, processio Spiritus Sancti a Filio affirmatur; ut videtur in Toletano XI. sub Rege Vamba seu Vambano, anno 675, in XII. Rege Ervigio, anno 681, in XIII. Rege eodem, anno 683, in XV. Egicane Regnante, anno 688. & XVII. sub eodem Rege, anno 694.

XV. Secunda pars consistit ex actis Concilii Aquigranensis anno 809, sub Carolo Magno, in quo addita fuit Symbolo vox Filioque; & eo missi Legati Bernarius Wormatiensium, Jesse Ambianensium Episcopi, & Adalarus Corbejenis Abbas ad Leonem III. tum ut ab eo probaretur additio a Synodo facta; tum ut fuaderent Symbolum cum eadem additione inter Missarum solemniam, Romae quoque cantandum esse. Quamvis autem Leo III. additionem factam non improberet, adduci tamen non potuit; ut cum ea Romae cantandum praeberet, ut ex Collatione superiori §. allegata competum est. Porro cum in Aquigranensi Synodo, additio illa nullo contradicente facta sit, credere par est, eam, aliquibus ante Synodum annis apud Gallos, & Germanos, recitari consuevisse.

XVI. Tertia vero pars ex eo fuaderit, quod Leo III. ut mox dicebamur initio noni saeculi noluerit eam additionem Romae admittere; & propterea, ut ostendat, quantum ab ea foret alienis, tabulis argenteis insculpi iussit Symbolum abscque illa additione: procedente tamen eodem saeculo, & Leonevita fundi, eandem additionem Romae quoque usum obtinuisse saltem sub Nicolao I. fuadent ea, quae Romanis impropriet Photius ad omnes Orientis Episcopos hifce verbis scribens: Præter illa, quae commemoravimus absurdam, sacrum etiam, & Sanctum Symbolum, cui Synodica omnia Oecumenica suffragia inextinguibile robur addiderunt, adulterinis sermonibus, non sine incredibili audacia salsare aggressi sunt. O mali Damonis mentis comestali Spiritum Sanctum non ex Patre solum, sed etiam ex Filio procedere, vanissime predicantes.

Quae confirmat Ratriam Corbejenis Monachus. Is enim Nicolai I. temporibus anno videlicet 878, Libro 2. quem adversus Graecos pro Ecclesia Romana conscripsit, Photium reprehendit, confutat, unaque omnes Episcopos ei adhaerentes, quod aggressi fuerint Occidentales qui particulam Filioque Symbolo inferuerant.

XVII. Quarta demum pars probatur. Ea enim additio solemniter ad Ecclesia Universali, ab ipis quoque Graecis, probata, & acceptata fuit in Concilio Lugundeni II. sub Gregorio X. anno 1274, ibique a Graecis simul, & Latinis ter deaunturum: Qui ex Patre, Filioque procedit: permiffa tamen Graecis libertate Symbolum abscque illa additione in suis Ecclesiis cantendi. Et demum in Concilio Florentino sub Eugenio IV. anno 1438, utriusque Ecclesiae consensu, ac suffragio, tum dogma de processione Spiritus Sancti a Patre, & Filio confirmatum est: tum additio hujus vocis Filioque in Symbolo probata. Quamvis Graeci ad sua reversi, pactum, ac fidem resciderint, ut dictum est.

XVIII. Hinc probare non possum primo, Auctorem hujus additionis fuisse Damasum Papam in Synodo Romana; vel saltem fuisse factam temporibus sextae Synodi Generalis, circa annum 680, ut sentiunt Manuel Calecas, & Genebrardus. Secundo. Nec possum, factam fuisse jussu septimae Generalis Synodi anno 787, ut opinatur Julianus Cardinalis sess. 5. Conc. Florent. Et Andreas Colofensis sess. 7.

Ad primum enim dico, Calcaem debuiffe afferre testem sui dicti, quod non facit. Neque enim in decretis Romanae Synodi sub hoc Pontifice habitae hujus vestigium reperitur ullum. Nec Leo III. Legatis Galliae petentibus hanc additionem adeo acriter obstitit, neque Legati hoc opponere Leoni neglexissent, si Damasus auctoritate facta fuisset additio: & multo minus si facta fuisset in sexta Synodo Generali illis temporibus viciniore. Cui non suffragatur S. Maximus: is enim in sua Epistola ad Marinum, confitetur quidem dogma Latinorum de processione Spiritus Sancti a Filio; sed de additione ad Symbolum nec verbum facit.

Ad secundum dico. Acta septimae Synodi, in quibus nil appareat de ejusmodi additione, aperte evincere nullam fidei esse Codicem, & antiquum Historicum, cui suam opinionem innixam volebat Julianus Cardinalis; praeterquam quod hoc non potuisset fugere Graecos, & Latini contra Rhodum tale decretum produxissent. Cum ergo de illo decreto alium silentium fiat, etiam apud Anastasium Bibliothecarium, qui annis septuaginta post graecum dicte Synodi textum transtulit in Latinum; nihil in ea de hac re actum fuisse credendum est.

An si Spiritus Sanctus non procederet a Filio, adhuc a Filio realiter distingueretur?

S. I.

Noftra Afferio.

I. Unax ex praecipuis rationibus quibus S. Thom. tum hac i. par. 9. 26. art. 2. tum 4. contra Genes. cap. 24. tum 9. 10. de par. art. 4. utitur ad probandam processionem Spiritus Sancti a Filio, est; quia alioquin a Filio realiter Spiritus Sanctus non distingueretur, sique destrueretur Trinitas Personarum. Quam rationem ante S. Thomam expendit S. Anselmus lib. de process. Spiritus Sancti contra Graecos, & ut dicemus, ea Theologi Latini usi sunt adversus eisdem in Concilio Florentino, Scotos tamen putat hanc rationem non esse adeo adequatam & unicam, ut, si illa deficeret, non subsisteret adhuc distinctio realis Spiritus Sancti a Filio. Ideo contra ipsum agendum est.

II. Nec tamen quis putet, quæstionem hanc, utpote de hypothefi impossibilis, esse superfluum; immo dico, esse valde utilem ad investigandam naturam processionis Spiritus Sancti, & ad ventiliandam vim rationis, qua Patres, & Concilia utuntur ad probandam processionem Spiritus Sancti a Filio. Si enim unica, & adequata ratio distinctiois Spiritus Sancti a Filio, est processio ab illo; processio sublata non subsisteret: amplius distinctio, & sic bene concluderetur. Si vero processio sublata, adhuc sufficeret ratio distinguentis Spiritum Sanctum a Filio: jam ratio processionis non esset unica, & adequata ratio distinctiois, & sic efficaciter non concluderent.

III. Dico ergo. Unica, totalis, & adequata ratio distinctiois personalis, & realis Spiritus Sancti a Filio, est realis processio ab illo: ita, ut si Spiritus Sanctus non procederet a Filio, non esset persona realis ab eo distincta.

Probo hoc assertum primo. Quia in Concilio Florentino sess. 18. Joannes Theologus cum Marco Episcopo disputans, hoc principium apud Graecos, & Latinos certum statuit, dicens: Est vera Iocumiam Doctores tam Graecos, quam Latinos sola realitudo, qua multitudine Personarum in divinis productionibus, quantantur originis, ad quam duo naturarum spoliunt, a quo alius, & qui ab alio. ... & nulla est alia ratio distinctiois in divinis: nisi propter hoc, quod aliqua Persona fit ab alia: sequitur necessario, secundum tam Graecos, quam Latinos Doctores, ut talis Persona dicatur occipere per esse, eo quod fit ab alio. Si ergo sola relatio originis, nempe a quo alius, & qui ab alio multiplici Personarum divinas, & nulla est alia ratio distinctiois, tam apud Latinos, quam Graecos, nisi propter hoc, quod aliqua persona fit ab alia; ergo ablata a Spiritu Sancto processio, & relatio originis a Filio, nulla remanebit ratio, qua a Filio distingatur. Hac ratio, licet non sit definitio, cum tamen doctrina sit a Concilio probata, & a Graecis ipsis admittatur, magnum pondus dat noitae sententiae.

IV. Hac ratione usum quoque fuerat Sanctus Anselmus lib. de processione Spiritus Sancti contra Graecos cap. 3. ubi, postquam ostendit, quod Pater de quo est Spiritus Sanctus, non potest ille esse, qui de se esse; loquens postea de Filio: Cum autem (inquit) apparebit, quia Spiritus Sanctus est de Filio, tunc quomodo potest erit, quid propter hoc nequis esse Filium Spiritus Sancti, & Spiritus Sanctus Filius. Et cap. 4. sic (inquit) aut Pater est de Filio, aut de Patre; & similiter aut est de Spiritu Sancto Pater, aut Spiritus Sanctus de Patre: ita est, non Filius de Spiritu Sancto, aut Spiritus Sanctus de Filio. Sicut ergo ut Filius non est Pater, aut Pater Filius, tota ratio est, quia unus ab alio est: ita ut si Filius a Patre non esset, aut Pater a Filio, Filius esset Pater, & Pater Filius: ita ut Filius non sit Spiritus, & Spiritus non fit Filius, tota ratio quia unus ab alio est: ita ut si, aut Filius de Spiritu Sancto, aut Spiritus Sanctus de Filio non esset, Filius esset Spiritus Sanctus, & Spiritus Sanctus Filius. Nam propter hoc, quia Spiritus Sanctus est de Filio, nequis esse Filius Spiritus Sancti, & Spiritus Sanctus Filius.

V. Nunc ad rationem accedamus, qua utitur D. Thom. laudatis locis, & est talis. In divinis ubi non est relatio oppositio, ubi non est realis distinctio; sed ubi non est realis processio, seu origo non ab alio in divinis, non est relatio oppositio; ergo ubi non est realis processio, seu origo, ubi non est realis distinctio personalis indivinis; ergo Spiritus Sanctus non procederet a Filio, inter Filium & Spiritum Sanctum nulla esset relatio oppositio; ergo nulla realis distinctio personalis. Maj. probatur ex trito apud Theologos axioma assumpto ad Anselmo loco citato cap. 2. in divinis omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio. Unde S. Aug. tracl. 39. in Joann. Personae divinae (inquit) hoc solo numero insistant, quod ad invicem sunt, non quod ad se sunt. Et S. Fulgentius lib. de Trinit. ait: Ista itaque relatio nomen Trinitatem faciens. Efficitur vero, nullo modo triplicitatem.

Minor vero prob. Tum ex Augustino citato, ubi ostendimus, quomodo relatio in divinis Personis faciat numerum, dicte: Quia non ad se est Pater, sed ad Filium, nec Filius ad se est, sed ad Patrem, nec Spiritus ad se, in eo, quod dicitur Spiritus Patris, & Filii: ita Filius & Spiritus Sanctus, idea sunt ad Patrem, quia ab eo procedunt; & processioe sublata, nec Filius esset Filius Patris, nec Spiritus esset Spi-

ritus Patris; ergo processioe a Filio sublata, Spiritus non esset ad Filium, nec Spiritus Filius. Tum ex D. Fulgentio laudato, ita dicitur: Unus est igitur Deus in natura, non in Persona; quia alio est Persona Patris, alio Filii, alio Spiritus Sancti. Pater a nullo est generatus; Filius a Patre est generatus; Spiritus Sanctus a Patre, Filioque procedens est: Pater non fit, sed Filius; Filius non fit, sed Pater; Spiritus alioquin est ad Spiritum; ergo ad Patrem Filioque referuntur; ergo ex relativa oppositioe colligitur Fulgentius distinctionem inter divinas Personas, relativam autem oppositioem ex processioe unius ab alio.

Probatur quoque ratione D. Thomae. Omnis relativa oppositio fundatur, vel in quantitate, ut duplum, dimidium &c. aut in actione, & passioe, seu origine unius ab alio: sed relatio oppositioe in divinis fundari non potest in quantitate, est enim fine quantitate magna; ergo fundari debet unice in actione, qua una Persona procedit, & alia ab ea procedit; ergo in Deo ubi non est realis processio, non est fundamentum oppositiois relative, nec realis oppositio. Ita dicitur S. Th. 3. p. 2. q. 28. art. 4. & 5. contra Genes. cap. 24.

VI. Responderet Scotos, negando nim. Nam in divinis relativa oppositio fundatur, nempe in origine unius ex alio; verum etiam in impossibilitate, quae est inter res disparatas: cum ergo filio sit impossibilitas, & disparata a spiratione passiva; ideo ex sua natura non possunt identificari in eadem Persona, ita ut eadem Persona fit genita, & spirata.

VII. Sed contra. Sublato ordine originis, inter filiationem, & spirationem passivam nulla remanet realis impossibilitas; ergo nullus remanet locus realis distinctiois inter illas. Ant. probatur ex D. Thoma hab. 9. 36. art. 2. a pari. Sicut disparatae se habent spiratio passiva, & filio; seu esse spiritum, & esse genitum, ita paternitas, & spiratio activa, seu esse genitorem, & spirantem: sed paternitas, & spiratio activa, ex quo non dicuntur ordinem originis unius ab alio, seu ex quo una non respicit alteram, ut sibi correlative oppositam, non sunt realiter impossibiles in eadem Persona; quare eadem Persona, & est Pater, & est spirans; ergo a pari esse Filium, & spiritum, sublata ratione originis, & relativa oppositiois unius ad alterum, non erunt realiter incompatibiles, & poterunt in eadem Persona coniungi. Si ergo (inquit S. Thoma allegato loco) in Filio, & in Spiritu sancto non esset distinctio nisi duas relationes, quibus uterque referatur ad Patrem, illa relatio non esset ad invicem opposita, sicut neque duae relationes, quibus Pater referatur ad illos. Unde fuit Persona Patris est una; ita sequetur, quod Persona Filii, & Spiritus Sancti esset una; habens duas relationes oppositas duabus relationibus Patris.

VIII. Ratio autem horum est: quia omnis realis incompatibilitas duorum, vel oritur, quia unus habet diversum esse ab alio; ut in creatis; & cum ex limitatione oriatur, non potest habere locum inter praedicata divina, quorum est unum, ac idem esse. Vel oritur ex oppositioe relativa; & haec non fundat realem incompatibilitatem, nisi cum termino sibi relativo opposito; dux enim relationes, est disparata, dummodo sibi invicem non coreferantur, non sunt incompatibiles realiter, ut patet in paternitate, & spiratione activa, & relatione filii, discipuli, aequalis, quae in eadem Persona respectu ejusdem coniungi possunt. Cum ergo, sublata origine Spiritus Sancti a Filio, inter filiationem, & spirationem passivam nulla esset relatio oppositio, sed essent duae relationes disparatas; sicut paternitas, & spiratio activa non multipliciter Personas realiter, & ad summum essent duae Scotice formalitates ejusdem Personae, sicut fuit in eadem Persona quaternitas, & spiratio activa.

IX. Hanc doctrinam tradidit D. Th. qui, 10. de presentia art. 4. h. verbis: Non potest esse in divinis Personis distinctio nisi secundum relationes. Ea enim, quae absolute dicuntur in divinis, essentialia significant, & communia sunt, ut bonitas, sapientia, & hujusmodi. Relationes autem diversa non possunt facere distinctioem, nisi ratione sua oppositioe. Diverse enim relationes (nota) possunt esse unius ad idem: pater enim, quod idem ejusdem potest esse filius, discipulus, aequalis, & quaecumque alia relatio, quae oppositioem non includunt. Pater autem, quod Filius distinguitur a Patre per hoc, quod aliqua relatio ad ipsum referatur, & similiter Spiritus Sanctus a Patre distinguitur propter aliquam relationem. Ista ergo relationes, quantumcumque vidantur disparatas, nullo modo poterunt distinguere Spiritum Sanctum a Filio, nisi sint oppositae. Oppositio autem alia in divinis esse non potest, nisi secundum originem, pro ut scilicet unus est ab alio. Nullo ergo modo Filius, & Spiritus Sanctus poterunt esse distincti per hoc, quod uterque diversimode referatur ad Patrem, nisi unus eorum referatur ad alterum, ut ab eo existat. Constat autem, quod Filius non est a Spiritu Sancto. De ratione enim Filii est, quod non referatur, nisi ad Patrem, ut ab eo existat. Relativitas ergo de necessitate, quod Spiritus Sanctus fit a Filio. Hucusque D. Thom. quae doctrina praecipuum omnes Scoti responsones, ideoque bene notanda est.

X. Confirmatur. Magis disparatae se habent absolutum, & relativum, quam duo relativa: sed absolutum, & relativum, quia inter illa non est realis origo, realiter identificantur in Deo, ut superius ostendemus est; ergo multo magis dux relationes, si inter illas non detur realis oppositio: non dabitur autem realis oppositio, si inter eas non detur realis origo. Alias si sola oppositio disparata sufficeret ad distinguendum realiter in divinis, fieret, quod relativum deberet realiter distingui ab absoluto, paternitas a spiratione activa; & quod Spiritus, etiam nec procederet a Patre, sicut nec a Filio, &

ad hoc realiter distingueretur a Patre, cum esse Spiritum sit quid disparatum ad esse Patrem; & sic daretur Trinitas Personarum absque origine unius ab alia, quod Scotos admissuros fore, non credam.

XI. Dicit tamen iterum Scotos, posse eandem Personam esse Patrem, & spirantem, quia bene potest idem agens duos terminos producere: Non tamen potest eadem Persona esse genita, & spirata; quia impossibile est, quod idem terminus duplici actione adequata producat.

Sed contra. Quicquid fit in creatis, in divinis tamen sicut eadem Persona potest esse generans, & spirans, ita eadem Persona potest esse genita, & spirata, si Persona spirata non ducat originem a Persona genita; quia in divinis fidei oppositio relativa est, quae distinguit: haec autem folum datur inter ea, quorum unum est ab alio. Unde sublata origine spirati a genito, tollitur fundamentum distinctiois realis genita a spirato, & eadem Persona poterit esse genita, & spirata: sicut relativum Persona potest esse producendum, & absolutum essentia potest esse improducendum, absque ulla reali distinctioe inter productum Personae, & improducendum essentia; quia productum non oritur ab improducendo essentia. Neque per hoc quod actiones sunt diversae. Nam processiones in divinis non possunt esse diversae, nisi per hoc, quod unus procedentium est ab alio. Ita D. Thom. q. 10. de potentia art. 5. ad 3. spiratio (inquit) distinguit Spiritum Sanctum a spirante, sicut generatio generatum a generante, non tamen ex hoc sequitur, quod spiratio a generato distinguitur, cum & spirans & generans sint idem. Nec propter hoc quod idem non potest habere processionibus diversis, nisi per hoc, quod unus procedentium non possunt esse diversae, nisi per hoc, quod unus procedentium est ab alio. Idem D. Th. rem hanc in eo articulo ex professo discutens. Sappone ergo falsum Scotos, quod in casu Spiritus Sanctus foret terminus duplicis actionis totalis.

XII. Contra secundo. Ideo genitum, & spiratum in eadem Persona coniungi non possunt, quia genitum, & spiratum diversimode referuntur ad Patrem, & spirantem: sed si spiratum non procedat, & relative non opponatur genito, relationes geniti, & spirati coniungi possunt in eadem Persona. Nam, ut ait D. Thom. citato art. 5. plures notiones inventur in una Persona divina per hoc, quod oppositioem ad invicem non habent; sicut in Patre scilicet inaccessibilitas, paternitas, & spiratio activa. Unde art. 4. praecedente docuimus, quod diversa relationes possunt esse unius ad idem: pater enim quod idem potest esse filius, discipulus, aequalis, & quaecumque alia relatio, quae oppositioem non includunt. Concludendum ergo est cum eodem art. 5. Quod ubi primo invenitur distinctio, ubi primo accurrat oppositio relatiois sicut in hoc quod est esse Patrem, & Filium. Ubi ergo non est oppositio relativa in divinis non potest esse realis distinctio, quae est distinctio personalis. Si autem Spiritus Sanctus non procedat a Filio, non erit oppositio aliqua inter Filium, & Spiritum Sanctum, & ita non distinguetur personaliter Spiritus Sanctus a Filio.

XIII. Contra tertio. Dato, quod eadem Persona non possit esse terminus duplicis actionis totalis ejusdem ordinis, ac nullum inter se ordinem habentis; secus tamen fit si sint duae actiones diversi ordinis, & sub diversa ratione procedentes: sicut idem homo, qui totaliter est a Deo sub ratione entis, est a Caelo sub ratione corporis, & ab homine sub ratione hominis: & idem Christi Corpus est terminus duplicis actionis totalis generationis, & transsubstantiationis: sed Pater generans, & spirans sub diversa ratione respiciet terminum ut genitum, & ut spiratum; ergo eundem realiter terminum habere poterit.

Rursus: Quod in creatis non possunt esse idem, verbum quod est terminus actionis intellectus, & amor qui est terminus actionis voluntatis, non solum ex eo est, quod eadem actio, non possit esse simul intellectus, & voluntatis; sed etiam quia amor, qui est terminus voluntatis procedit ex cogitione, & verbo, quod est terminus intellectus; sed in Deo idem realiter sunt intellectus, & voluntatis processio, & volitio; ergo fit tollatur a termino voluntatis cognitio, & volitio intellectus, nimirum Spiritus Sancti a Verbo, cum cogitio, & amor sint duae actiones ordinem inter se habentes, non video, quomodo eadem Persona non possit esse dicta, & amata, Verbum, & Spiritus.

XIV. Dices. Licet in hypothefi Spiritus Sanctus non distingueretur a Filio ut Filio, seu ut spiratus a principio spirante; distingueretur tamen ab illo, ut amor a Verbo, seu a principio movente: & S. Thoma hac q. 36. art. 2. probat distinctionem Spiritus Sancti a Filio etiam, quia Filius praesens per modum intellectus ut Verbum, Spiritus Sanctus per modum voluntatis ut amor: necesse est autem quod amor a Verbo procedat.

Huc objectioni Mag. Ferrè dat manus victas, & concedit, quod est Spiritus Sanctus non procederet a Filio ut principio spirante; distingueretur adhuc a Filio, ut Verbum est, & ut principio movente; quia procederet ut amor, amor autem procedat a Verbo.

XV. Sed singularis est haec doctrina, nec illi acquiescere possum. Quia sublata a Filio vi spirativa, tolleretur ab illo omnis realis oppositio relativa cum Spiritu Sancto: nam sicut Filius, quae talis, unice referatur ad generantem, ita Verbum, quae Verbum unice referatur ad dicentem. Ebo autem Verbum, ut tale esset principium movens motum, & ad productionem amoris, esset tantum principium quo objectivum, eo modo, quo essentia divina movet ad sui cognitionem, & ad productionem Verbi. Unde sicut non per hoc essentia divina a Verbo distinguitur; ita nec Verbum per hoc essentia divina a productione amoris; distingueretur ab amore, nisi hoc Verbum esset principium quod productivum amoris; quia realis dis-

Incipio est inter principia quod, non inter principia que. S. Thomas vero dicit, amorem procedentem a Verbo, supponit eum quae prius dixerat, nempe inter Verbum, & amorem dari relationem originis: opposita autem relatione originis accipitur secundum principium, & secundum quod est a principio; Verbum autem, ut Verbum non nominat rationem principii, nec ex sua natura refertur ad amorem, sed ad dicentem. Unde Verbum, & amor in divinis essent una ac rella Persona, si Verbo non jungeretur relatio spiritalis activa.

§. II.

secundum rationes soluta.

XVI. Primo objicit Frassen S. Augustinum lib. 5. de Trinit. cap. 14. qui proferens rationem, ob quam Spiritus sanctus non sit Filius, ait: exit enim, non quomodo natus, sed quomodo datus: & ideo non dicitur Filius, qui nec natus est, sicut Unigenitus. Secundo, S. Gregorium Nyssenum laudatum a Belesione in tractatu pro unione (ex lib. 1. in Evangel. nondum latine edito) ubi de Spiritu sancto: distinguatur (inquit) sua proprietate, qua est quod, nec Unigenitus ex Patre procedens est, & quod per ipsum Filium sit manifestus. Tertio, Anselmum tractu de processu Spiritus sancti cap. 2. ubi ait, quod Filius: ideo non est Spiritus sanctus, nec Spiritus sanctus est Filius: quia Filius nascendo habet esse a Patre, Spiritus sanctus autem, non nascendo, sed procedendo. Et cap. 3. Alii sunt ad invicem per hoc, quod dicitur quod, ut pura, qui alter nascitur, alter vero procedit: & ideo cum nascitur unus non est cum eo nasci ille, qui per hoc est alius ab eo, qui non similiter nascitur, sed procedit: & cum unus procedat, nequit ille simul procedere, qui per hoc est alius ab illo, qui non similiter procedit, sed nascitur: Ubi cap. 4. concludit: si per alium non essent plures Filii, qui ab eodem procedunt, nec essent diversi filii, qui ab eodem procedunt, nec essent diversi filii, qui ab eodem procedunt, nec essent diversi filii, qui ab eodem procedunt.

XVII. Respon. S. Augustinum nobis non esse contrarium. Nam dicens, quod Spiritus sanctus exit, non quomodo natus: sed quomodo datus, supponit, eum dari non a Patre solum, sed etiam a Filio. Unde lib. 15. de Trinitate, cap. 26. & 27. docet, Spiritum sanctum ideo non esse natum, quia a duobus procedit. Ad Nyssenum dico, Spiritum sanctum distinguit sua proprietate, ut tamen accepta a Patre, & a Filio: non enim posset Filium manifestare, nisi esset ab illo. Quare praefati Patres loquuntur de Spiritu sancto, qui modo est, & includit processionem a Filio, non de Spiritu sancto, qui in hypothesis a Filio non procederet.

Ad Anselmum in primis dico, hunc Patrem non adeo aperte sine sententia patrocinari, ut putat Frassen: Et enim Scotus ipse in 1. dist. 2. qu. 2. ad quatuordecimum (inquit) adducitur Anselmi lib. suo de processione Spiritus sancti: sed quia ipsum adducunt utique pro se: & in altero magis de intentione ejus, qua fuit: ideo hoc nota nullum circa intentionem ejus honorari. Dubia est ergo, non aperta hac in causa S. Anselmi mens: nec Urbanus Anselmi doctrinam approbans Scoti doctrinam (ipso Scoti teste) desinisse visus est.

S. Thomas quae. 10. de potentia art. 5. ad 4. praeratate auctoritatis Anselmi sic respondet: Dicens, quod id, quod dicit Anselmus, quod Filius & Spiritus sanctus per hoc solum ad invicem distinguantur, quod diverso modo procedunt, est omnino verum. Sed sicut ostensum est, diverso modo procedere non possunt, nisi Spiritus sanctus a Filio, esse. Unde remoto, quod Spiritus sanctus sit a Filio, omnino distinctio Spiritus sancti remouetur. Est autem intentio Anselmi lib. de processu Spiritus sancti prius posse ea, in quibus nos convenimus cum negantibus Spiritum sanctum a Filio esse, qui tamen Spiritum sanctum a Filio dicunt distinguere. Unde verba praedicta Anselmi inducere magis, ut desuperativum supposito, quam veritatis deservit. Ac si ad hominem arguens Graecus Anselmum diceret: Vos conceditis Spiritum sanctum distingui a Filio, quia diverso modo procedit: atqui si non procederet a Filio, diverso modo non procederetur: ergo si non procederet a Filio, diverso modo non procederetur: ergo ut saltem distinctionem Spiritus a Filio, necesse est, ut fatemini, eum ab illo procedere.

XVIII. Responderi etiam potest ex eodem S. Doctore 1. par. qu. 36. art. 2. ad 7. ubi eadem Anselmi auctoritatis sic respondet: Spiritus sanctus distinguitur a Filio in hoc, quod origo unius distinguitur ab origine alterius: sed ipsa differentia originis est per hoc, quod Filius est solum a Patre: Spiritus sanctus vero a Patre & Filio. Non enim abiter processionem distinguantur. Quare diversitas modi procedendi Spiritus sancti a Filio essentialiter in hoc fundatur, quod iste a solo Patre, ille a Patre & Filio originem trahit: non enim procederet ut Spiritus ut datus, ut donum, nisi ex duorum amore.

XIX. Objiciunt secundo, si Spiritus sanctus procederet a Filio, & non a Patre, ad huc realiter a Patre distingueretur, & tamen a Patre non oriretur: ergo a pari si procederet a Patre, & non a Filio, adhuc a Filio realiter distingueretur.

Confirmatur. Spiratio passiva nunc, & de facto non identificatur paternitati: ergo nec tunc identificaretur Filiationi. Ant patet. Nam paternitas, & spiratio passiva constituent duas Personas realiter distinctas. Conf. prob. non alia ratio-

ne paternitas, & spiratio passiva distinguuntur, nisi quia distinetur sunt; & impossibiles; paternitas enim non opponitur relative spirationi passivae, sed tantum Filiationi: at in casu filiationis & spiratio passiva essent relationes disparatae, & personae; ergo quavis relative relatione originis non opponeretur, realiter distingueretur.

XX. Respondetur primo cum Ferraribus in 4. contra Gent. cap. 24. dist. antequid. distinguere solum in Persona, nego ant. in Persona & natura, conc. ant. Si enim Pater nullo modo spiraret, aut produceret Spiritum sanctum, nulla relatione originis referretur ad Spiritum sanctum: & cum nec etiam paternitate ad ipsum relative dicitur, nullo modo posset ab ipso relative distinguere, quae est propria distinctio divinarum Personarum. Sequitur autem, quod a Spiritu sancto essentialiter distingueretur, & sic Spiritus sanctus non esset Deus. Nam cum Spiritus sanctus non posset esse idem, quod Pater, alioquin generaret Filium, sicut Pater, nec ab eo relative distingueretur; sequitur, quod essent per absolute distincti.

XXI. Respondetur secundo communi responsione, dist. min. a Patre non oritur immediate, conc. min. mediate, nego min. Si enim Spiritus sanctus oriretur a solo Filio, saltem mediate oriretur a Patre, quia non oriretur a Filio, nisi virtute spirationis accepta a Patre, & sic saltem mediate opponeretur spiratiua accepta a Patre, & sic oriretur a solo Patre, nec oriretur mediate a Filio, nec cum illo opponeretur adhuc mediate, & sic nullum esset fundamentum personalis distinctionis.

XXII. Nec dicas, essentialiter divinum dare Patris paternitatem, nec tamen opponi adhuc mediate Filio; ergo similiter esset Pater det Filio virtutem spirativam, non opponeretur mediate det.

Nam discrimen est: quia essentialiter divina dat paternitatem, non per realiter processionem, & oppositionem cum Patre, sed solum per virtutalem emanationem: at Pater det Filio spirationem activam per eam processionem, & oppositionem cum illo, atque ideo cum mediate oppositione cuiuscumque a Filio procedenti. At essentialiter, sicut immediate non opponitur Patri, sic nec mediate opponitur procedenti a Patre, quia oppositio mediata cum uno, debet superare oppositionem immediatam cum alio, ratione cuius mediate opponatur illi.

XXIII. Ad Confirmat. nego conseq. ad ejus probat. nego maj. non enim modo paternitas, & spiratio passiva distinguuntur, quia disparatae sunt, sed quia persona, quae Pater est, identificat sibi spirationem activam, quae opponitur spirationi passivae, si vero Spiritus sanctus non procederet a Filio, Filius nec ratione Filiationis, nec activae spirationis opponeretur Spiritui sancto, ac proinde non distingueretur, realiter, sed ad summum formaliter.

XXIV. Objiciunt tertio. Filiatio facta realiter distinguit Filium a Spiritu sancto: sed filiatio non opponitur relative cum Spiritu sancto, sed cum Patre; ergo distinguit sola oppositione disparata.

Respondetur primo ex Div. Thom. qu. 10. de potentia art. 5. ad 13. dist. min. nec Spiritus sanctus opponitur relative Filio, nego min. & Spiritus sanctus opponitur det. conc. min. Licet (inquit S. D.) filiatio non opponatur relative processionem, tamen procedens opponitur relative Filio, qui videlicet a Filio spiratur, & procedens: quod si a Filio non procederet, nec Filiatio opponeretur processionem, nec procedens opponeretur Filio, & sic non distingueretur ab eo.

XXV. Respondetur secundo communi solutione, dist. min. non opponitur relative formaliter, & immediate, concedo min. sic enim Filiatio opponitur cum solo Patre. Connexive, nego min. Filiatio enim, esto non sit ratio referendi Filium ad Spiritum sanctum, illi tamen relative opponitur duplixi titulo. Primo, quia radicatur spirationem activam, quae est ratio referendi Filium ad Spiritum sanctum. Secundo, quia est ratio constituens personam, quae ad Spiritum sanctum refertur: forma autem constituens personam, quae refertur, debet realiter distingui a termino relationis.

XXVI. Sed replicabis. Filiatio sic sola est constitutiva personae Filii: ergo sic sola est distinctiva illius a persona Spiritus sancti, quia idem est distinctivum, ac constitutum.

Confirmatur. Spiratio activa advenit personae Filii jam constitutae in esse personae per filiationem, ergo advenit illi jam distinctae in esse personae, ergo eam supponit personam distinctam a persona Spiritus sancti: & proinde si spiratio activa removeatur a Filio, remaneret persona a Spiritu sancto distincta.

XXVII. Respondetur dist. conseq. distinctiva illius reali distinctione, nego consequentiam; formalis distinctione, & quasi specifica, concedo conseq. non enim in Deo est distinctivum reale, nisi ubi datur realis origo unius ab altero, quae in hypothesis inter Filium, & Spiritum sanctum non esset. Quare posset negari suppositum consequentem, nempe quod Spiritus sanctus in ea hypothesis esset alia persona a Filio, quod probari debuerat; non supponi.

XXVIII. Ad Confirmat. dist. consequens, advenit illi jam distinctae det. a suo correlativo, nempe a Patre, concedo conseq. a quocumque alio sibi non correlativo, sed disparato, nego conseq. Axioma illud: idem est constitutum, ac distinctivum in relativis cum restrictione accipiendum est, nimirum, aliquid in relativis cum restrictione accipiendum esse a suo correlativo, sed non a quocumque alio disparato: reale a suo correlativo, sed non a quocumque alio disparato: sic habente; Cum ergo filiatio, quae constituit personam Filii sit de genere relativo: & habeat pro suo correlativo Patrem, non vero habitum pro correlativo Spiritum sanctum: distinguit quidem Filium personam a persona Patris, non tamen personam Filii

a Persona Spiritus sancti, nisi radicet in Persona Filii spirationem activam, quae opponatur Spiritui S. Sicut enim paternitas, quae constituit Personam Patris, distinguit illam quidem a Persona Filii, quae est ejus correlativum, non tamen a Persona spirante: ita filiatio, quae constituit Personam Filii distinguit illam quidem a Persona Patris, quae est ejus correlativum, non tam distingueretur a Persona spirata, si adistant non referretur relatio originis, sed mere disparatae se haberet.

Etiam autem relatio in creatis non distinguit personam, sed personam jam distinctae advenit, quia in creatis persona est de genere absoluto, & relatio accidentis est. In divinis tamen, ubi Persona est de genere relativo, & relatio substantialis est, bene potest immo necessario requiratur ad distinguendum unam Personam ab alia.

XXIX. Objiciunt quarto. Filius ex vi suae processionis est genitus, & datus; Spiritus sanctus ex vi suae processionis est spiratus, & datus: sed eadem Persona nequit esse spirata, & nata; ergo det.

Urgent hoc. Termini disparatae se habentes, licet ab eodem principio procedant, realiter invicem distinguuntur, ut patet in duobus fratribus: sed in hypothesis Filii, & Spiritus sancti essent duo termini disparati procedentes a Patre; ergo det. XXX. Resp. dist. min. eadem Persona formaliter, nequit det. conc. min. eadem Persona realiter, subdividit. Si Persona spirata oriatur a Persona genita, conc. min. si non oriatur, nego min. in casu ergo, quod Spiritus sanctus non oriatur a Filio, Filius & Spiritus sanctus essent eadem realiter Persona, quae sub una formalitate esset genita, & sub alia spirata. Et in hoc casu spiratio passiva non esset proprietates constitutiva Personae, ut personalis; sed esset proprietates Personae jam constitutae, sicut respectu Patris spiratio activa.

XXXI. Ad id quod urgetur, dico, maj. esse veram in creatis, ubi distinctio oritur ex limitatione: quia scilicet unum disparatum non habet esse, & perfectionem alterius: sicut in divinis, ubi tota ratio distinctionis est oppositio relativa, cuius fundamentum est sola ratio originis unius ab alia. Ut enim docet D. Th. q. 10. de pot. 2. si qui proprietatem divinam natura considerat, impossibile est, in Deo esse pluralitatem, nisi per hoc quod ab alia oriatur, nulla unquam modo per hoc quod ab alio oriatur ab uno. Et hoc sequenti ratiocinio demonstrat. Quae enim distinguuntur, vel distinguuntur ex aquo, sicut duo individua naturae materialis, ex quo participat natura speciei, distinguuntur per divisionem materiae: & hoc certe modo non distingueretur Persona nata a Persona spirata. Vel distinguuntur secundum formam, sicut res immateriales: & sic est impossibile, quod quae sic distinguuntur se habeant ex aquo: quia cum species valentur, sicut numeri per additionem, vel subtractionem unitatis; ita per additionem, vel diminutionem perfectionis, inter ea, quae distinguuntur specie, vel secundum formam, dari debet ordo majoris, vel minoris perfectionis. Et hoc modo nec posset distingui Persona genita a spirata: alia una esset imperfectior alia: Cum autem (concludit S. Thomas) in divinis non possit esse ordo perfectionis, ut Ariani poluerunt, dicitur, Patrem Filio esse majorem, & utriusque Spiritus sancti, velinquitur, quod pluralitas in divinis Personis esse non possit nec intelligi, nisi secundum ordinem originis solum, ut scilicet Filius sit a Patre, & Spiritus sanctus a Filio. Si enim Spiritus sanctus non esset a Filio, ex aquo respectu Patrem quantum ad originem: unde, ut non esset una Persona, vel esset ordo inter eos perfectionis secundum Arianos, vel esset inter eos materialis distinctio, quod est impossibile. Videatur quoque S. D. 4. contra Gent. cap. 24.

XXXII. Sed dicas. Eadem Persona non potest duplici actione aduata produci: sed generatio & spiratio sunt duae actiones adequatae; ergo det.

Ad hoc jam dicitur est supra, quod licet idem terminus nequeat terminare duas actiones adequatas ejusdem rationis, & sub eadem ratione producentes, non tamen duas actiones diversae rationis, & sub ratione diversae producentes, qualis est generatio, & spiratio: ut consideranti patet.

nequeat terminare duas actiones adequatas ejusdem rationis, & sub eadem ratione producentes, non tamen duas actiones diversae rationis, & sub ratione diversae producentes, qualis est generatio, & spiratio: ut consideranti patet.

Addo (inquit S. Thomas in 4. contra Gent. citato) oportet reieci, quod secundum differentiam voluntatis, & intellectus distinguuntur in Deo Patre duae processionem, & duo procedentes: sed voluntas, & intellectus in Deo Patre non distinguuntur secundum rem, sed solum secundum rationem. . . . sequitur igitur quod duae processionem, & duo procedentes differant solam rationem. Et verum quae solum ratione differant, de se invicem predicantur, verum est enim dicere, quod divina voluntas est intellectus ejus, & e converso: verum ergo erit dicere, quod si non procederet a Filio Spiritus sanctus est Filius, & e converso, quod est Sabellianae imperitiae. Non igitur sufficit, ad distinctionem Spiritus sancti, & Filii dicere, quod Filius procederet per modum intellectus, & Spiritus sanctus per modum voluntatis, nisi cum hoc dicitur etiam, quod Spiritus sanctus sit a Filio. Immo prosequitur S. Thomas: Ex hoc ipso quod dicitur, quod Spiritus sanctus procedit per modum voluntatis, & Filius per modum intellectus, sequitur quod Spiritus sanctus sit a Filio, non amor procedit a Verbo, et quod nihil amore possimus, nisi verbo cordis illud concipiamus. Et propterea si Spiritus sanctus non procederet a Filio, sequeretur utrumque contradictorium, nempe quod procederet per voluntatem, & non procederet: procederet processionem diversae a processionem Filii, & non procederet: quia ut docet D. Th. q. 10. de pot. art. 5. ad 8. processionem in divinis non possunt esse diversae, nisi per hoc, quod unus procedentium est ab alio.

Respondenti potest secundo, quod esto idem terminus creatus nequeat duplici actione aduata produci; bene tamen idem terminus increatus, Et in illo argumentum: Nam sicut in creatis duae actiones adequatae petunt terminos realiter distinctos: sed in Deo generatio, & spiratio solum virtualiter distinguuntur: ergo habent terminum non realiter, sed virtualiter, aut saltem formaliter solum distinctum.

Tandem non possum non mirari, quod Scotus in hac re adeo scrupulosus sit, ut impossibile judicet, eandem Personam divinam esse caputem terminandi duas actiones adequatas: cum tamen in Philosophia impossibile non judicet, eundem effectum creatum divinitus a duplici causa aduata produci.

XXXIII. Ex haecenus dictis inferat, quod si Spiritus sanctus non procederet a Filio, non essent amplius tres Personae in Deo, sed duae tantum, Pater generans, & spirans, Filius genitus, & simul spiratus. Et sicut nunc una, eademque Persona est simul Pater, & spirator, sic, ut relatio paternitatis Personam constituat, relatio vero spirationis activae nullam Personam constituit, sed advenit Personae jam constitutae: ita tunc una eademque Persona esset Filius & spiratus, sic tamen, ut relatio filiationis constitueret Personam Filii, relatio vero spirationis passivae nullam Personam constitueret; sed personae Filii superveniret, essetque proprietates non personalis, sed personae.

XXXIV. Quod si dixeris, Graecos salvare in Deo Trinitatem Personarum, etiam negent Spiritum sanctum procedere a Filio; Respondet S. Thomas quae. 10. de Verit. art. 5. ad 14. quod licet Graeci non confitentur, Spiritum a Filio procedere, confitentur tamen, Filium esse ad invicem principium originis Spiritus sancti, ex hoc, quod dicunt Spiritum sanctum a Patre esse per Filium, & Spiritum sanctum esse Filii, ut superius vidimus. Hoc autem in hypothesis Scoti non admittitur.

His huic Tractatu optatum finem imponimus. Utinam haec ad majorem Augustissimi Triadis gloriam cessent, & animarum nostrarum profectum; ut, qui ejus mysterium sub velamine Fidei pro modulo hic scrutati fuimus, postquam revelatae facie illud in Celis contempleri, ejusque visione in aeternum beati.

TRACTATUS OCTAVUS DE DEO CREATORE GENERALITER.



Quibus de processione Divinarum Personarum in Deo, quae est intra Deum, nunc agere incipimus de processione creaturam a Deo, (quae est ad extra, seu extra Deum) hoc praefabimus primo ostendendo, Deum esse omnium creatorem, secundo tempus creationis, tertio modum creationis, & hoc cum Angelico nostro Magistro 1. 2. q. 44. g. 45. 46. 66. 67. &c.

qui Deum fuisse causam omnium negaverunt: ideo pro majori hujus veritatis firmitate, Deum omnium profertur, quae sunt, Conditorum statuemus, & insuper ea ex nihilo fecisse ostendimus.

D U B I U M

An Deus sit omnium rerum causa?

§. I.

Referuntur errores.

Q U E S T I O I.

De Processione creaturarum a Deo, & modo processionis.

Quamvis ex dictis de Dei existentia, quam inter cetera ex rationis primi efficientis probavimus, constat omnia creata, a Deo, ut primo efficiente processisse: quia tamen etiam ex his, qui Deum admiserunt, aliqui non desierunt,

I. Simon Magus omnium haereseon pariter, inter alia blasphemavit, Deum non fecisse mundum, ut refert S. Augustinus lib. de haeres. c. 1. Ejus Discipulus Memander, etiam ipse Magus, Magistri sui errorem velut explicans, mundum asseruit, non a Deo, sed ab Angelis factum. Ita idem S. Augustinus c. 2, qui c. 3. in eundem errorem impiegebat, Simonianae labris in Syria propagatorem: dum ait, a folie